

- 9 Text. in l. 1. C. de priuilegio fisci, declaratur.
- 10 Per clausulam constituti tunc donatio perfecta remanet, quando donatarius presens est: secus, si absens.
- 11 Ratificans actum factum, tempore habili ratificare, debet alias, nec dominium, nec possessio transit in ratificantem.
- 12 Si donator, qui constitutum in fauorem absentis fecit anter ratificationem; alteri donauerit, secundus donatarius priori absentia preferetur.
- 13 Idem erit si ante ratificationem donator alijs ipsam rem donatam hypothecauerit.
- 14 Si constitutum presenti donatario, vel absenti tempore habili ratificanti, factum sit; donatio ita firma permanet, ut etiam si donas alteri donet, & realiter tradat, primus donatarius secundo preponatur.
- 15 Si factum sit constitutum sub conditione, & illa pendente, alteri donatio, & insimul traditio facta sit, si ex postfacto conditio ad impleatur, secundus donatarius priori preferetur.
- 16 Ut fictio translatitia locum habere possit, requiritur habilitas in utroque extremo à quo ad quod.
- 17 In contractibus conditio casualis retrotrahitur ad tempus celebrati contractus.
- 18 Promosetur questio, utrum stipulante notario, donatio absenti facta ita acquisita dicatur, ut à donatore amplius reuocari non possit.
- 19 L. 2. ff. rem pupilli saluam fore, pro parte affirmativa applicatur.
- 20 Contraria sententia pungitur.
- 21 Hanc probant l. 3. ff. seruis exportandis, lex cum qui, ff. qui sine manumissione, l. 1. C. si mancipium ita fuerit alienatum.
- 22 Consideratio Molinae de primogeniis pro eadem sententia ponderatur.
- 23 Eadem sententia ex l. 2. tit. 16. lib. 5. recop. comprobatur.
- 24 Assignatur intellectus ad d. l. 3. & cetera iura paulo ante adducta.
- 25 Responsum assignatur ad l. 2. §. sed, & si ff. de donat.
- 26 Doctrina Bartoli in hac materia euertitur.
- 27 Traditur responsum ad fundamentum à Molina consideratum.
- 28 Antonij Thes. distinctione admittitur.
- 29 Si donator rem donatam absenti, ab eo tamen non acceptam, alicui hypothecauerit, & postea effectus sit non soluendo, creditor hypothecarius donatario preferendus erit.
- 30 Intelligitur, nisi tacita aut expressa hypotheca inducatur.
- 31 Tex. in l. 1. C. qui potiores in pignore pro hac declaratione ponderatur.
- 32 Ad idem inducitur text. in l. si quidem C. de donationibus inter virum, & uxorem, iuncto text. in l. 1. C. priuilegio fisci.
- 33 Ioannes Gut. de iuramento confirmat. annotatur.
- 34 Opinio Carrasci circa prælationem arbarum taxatur.
- 35 Disputatur, an, & quando primus donarius, qui sub modo rem sibi donatam hypothecauerit alteri, qui postea effectus sic non soluendo, & tamen concurrent secundus donatarius, & creditor hypothecarius, quis illorum in concursu, sit preferendus.
- 36 Decisio legis, quoties C. de donat. quæ sub modo, specialis est, quatenus absenti sine stipulatione utilis actio acquiritur.
- 37 Questio ista de iure communi valde controvexitur.
- 38 Molina de primogeniis defenditur ab impugnatione Barb. ff. solvit matrim.
- 39 Actio de qua in dicta l. quoties, personalis est.
- 40 Solo pacto rerum dominia transferri non possunt.
- 41 De iure regio Decij opinio amplectitur.
- 42 Questio de qua in dicta l. quoties, inspecto iure regio, ad concursum creditorum redicitur.

Donatarius, cui fictè res fuit tradita, quæ ex postfacto alteri creditori per donantem fuit hypothecata, an & quando in concursu hypothecario creditori, dominij prælatione anteponi, debeat. Quo modo etiam donatio absenti facta, stipulante Notario, ante ratificationem absentis irrevocabilis fiat; ita ut si alteri nexu pignoris fuerit subiecta, aut alijs secundo loco donata, in ea absens dominij prælatione tueri debeat. & de alijs questionibus ad materiam conducentibus, praesertim ad intellectum l. quoties, C. de donationibus quæ sub modo, & in l. 7. titul. 4. part. 5. tam diligens, quam noua explicatio.

## AMPLIATIO QVARTA.



MPLI ATVR quarto, regulam nostram procedere in fauorem donatarij, cui res aliqua fuit donata insimul, & per clausulam constituti fictè tradita; nam si donans post factam huiusmodi donationem, rem illam sic donatam, & fictè traditam, pignoris nexui alteri creditori subiectat, & ex postfacto donans decoxit:

rit; primus donatarius huic creditori dominij prælatione in concursu præferendus erit. Ratio huius ampliationis ea est, quia cum per clausulam constituti vera, & realis possessio, & consequenter dominium donatario acquisita dicantur, iuxta text. in l. quod meo, ff. de acquirenda possessione, l. certe 31. ff. de precario 2. glossa communiter recepta in l. ab emptione, ff. de pactis, docent Menoch. recuperanda possessio remedio 1. num. 4. Valasc. consult. 55. numer. 1. Molina de primogenijs Hispanorum, lib. 4. c. 2. num. 4. D. Castillo controveneriarum tom. 5. cap. 129. num. 13. cum sequentibus, Gom. in l. 45. Tauri num. 78. Dom. Ioannes Baptista de Larrea decis. 10. num. 27. Gutierrez 3. pract. c. 65. num. 28. & tunc succedat regula text. in l. quæ prædium, C. si res aliena pignori data sit. l. 9. titul. 13. par. 5. quibus iuribus cauetur rei alienæ pignorationem nullam, & inefficacem esse; rectè fit, ut prædictū pignus ex post facto nulliter contractum, huic donatario in quem possessio, & dominium ex prædicta constituti clausula acquisita proponuntur, in concursu nullatenus officere posse.

Dixi, sicut tradita, quia si res illa sic donata, nec verè, nec sicut tradita esset, pignus subsisteret, nec in ea donatarius huic hypothecario creditori tempore posteriori anteferri deberet, quia donatio adhuc perfecta non erat; nam ad hoc ut donatio perfecta dicatur, & irreuocabilis sit, tam quoad donantem, quam etiam quoad tertium cui secundo loco res fuit donata, aut hypothecata, requiritur realis, aut facta traditio: argumento text. in l. quoties, C. rei uendicatione, obseruat in specie Carrasc. ad aliquas leges regni. 3. part. cap. 11. num. 123. per glossam celebrem in l. 1. verbo perfectam, C. de iuri fisci, lib. 10. sequuntur Cancer. var. lib. 1. cap. 8. num. 12. Peguera decis. 48. num. 6. Hermosilla in l. 4. titul. 4. partita 5. glossa prima, num. 2.

Neque scrupulum iniiciat text. s. aliae, instit. de donat, vbi donatio dicitur perfecta, si donator animum, & voluntatem suam declarauerit. Nam pro responsione præmittendum est, tam in donatione, quam in alio quocunque contractu, duo considerari: primum, substantiam, & essentiam contractus: secundum, finem qui in eo intenditur, hoc est, dominij translationem. Primo modo, ut contractus dicatur perfectus, & absolutus, utriusque partis consensus, & insimul approbatio legis petitur, quo casu contractus habet materiam, & formā explicant Corrasius lib. 1. Miscellaniorum c. 1. Pichardus in s. aliae institut. de donat. num. 3. & in principio, institut. de emptione, & venditione ex nu 10. cum sequentibus, Gom. tom. 2. var. cap. 4. num. 1. in fine, ex quo statim actio, & obligatio efficax oritur iuris gentium, ff. de pactis, Pichardus d. num. 19. Dom. Ioannes Baptista de Larrea decis. Granat. 59. num. 2. Pabador. rer. quotid. cap. 3. num. 8. lib. 2. Hermosill. in d. l. 4. tit. 4. par. 5. glossa 1. nu 1 & irreuocabilis sit, quoad contrahentes, l. perfecta donatio. C. de donationibus, quæ sub modo, l.

sicut, C. obligationibus & actionibus.

Quo ad secundum, scilicet, ad finem, & translationem dominij, adhuc duo etiā necessario desiderantur, traditio actualis, seu facta, per quam dominium transfertur. s. vendit. instit. de rerum divisione, Cald. de extinct. c. 5. num. 79. Felicianus de censibus lib. 1. cap. 2. n. 8. Hermosilla in l. 4. tit. 4. par. 5. glossa 1. nu 3. Insuper titulus, seu iusta causa, in qua partes consensum præstent, transferendo dominium, sine quo ipsum transferri non potest, l. 1. & ibi glossa, C. de periculo, & commodo rei. l. id quid nostrum, ff. de regulis iuris. traditio enim sine titulo non sufficit. l. nunquam nuda, ff. de acquirendo rerum dominio, qui titulus iustus esse debet, & cui lex non resistat, l. non dubium, C. de legibus, Sanchez de matr. lib. 4. disput. 8. num. 11. sicut titulus sine traditione non prodest, l. traditionibus, C. de pactis, s. per traditionem, institut. de rerum divisione. explicant Gom. ubi supra tom. 1. cap. 4. num. 1. & tom. 2. cap. 2. nu. 5. vers. item adde, Pichardus d. principio num. 24.

Vnde tametsi venditio, seu donatio ex consensu perfecta sit ante traditionem, & habeat suam substantiam, atque ita venditori, seu donatori nequaquam licitum sit venditionem revocare, iuxta text. in d. l. perfecta donatio, & in d. l. sicut. & præcisè teneatur ad traditionem, l. si quis argumentum, s. si autem, C. de donat.

6 Gaito de credit. cap. 4. quæsito 11. numer. 1245 Cancerius var. 1. part. cap. 8. num. 12. Peguera decis. 48. num. 6. nihilominus tamen si donator seu venditor, rem priori donatario, aut venditori, venditam, aut donatam, ante traditionem alij secundo loco donauerit, & tradiderit, vel vendiderit, aut aliquo titulo habili ad transferendum dominium in alium transtulerit, licet talis venditor, aut donator primo venditori, aut donatario restituere teneatur estimationem, & interessere rei donatæ, aut venditæ, iuxta text. in l. 1. ff. actionibus empti. alienatio tamen secundo loco facta cum traditione, suū debet sortiri effectum; iuxta text. in d. l. quoties, explicant Tiraquell de constituto 3. part. limit. 3. num. 7. & 81. Pichardus ubi supra num. 5. Gom. d. cap. 2. num. 20. Clarus in s. donatio, q. 13. num. 3. Cald. de extinct. emphit. c. 5. nu. 76. Dom. Ioannes Baptista de Larrea supra nu 11. Couar. lib. 2. var. cap. 19. ex num. 2. Morla de empt. & vendit. num. 48. Hermosilla loco cit. num. 3.

7 Simili modo, si antequam res tradatur, eam donator, aut venditor iure pignoris alteri obligauerit, & ex postfacto ementi, aut donatario tradiderit, transibit cum suo onere, iuxta text. in l. vlt. s. Lucius. ff. de donat. vbi cauetur, quod si res donata sit, & ante traditionem obligetur, transit cum suo onere: expendit additio ad Molinam lib. 1 cap. 10. num. 11. Gaito de credi. cap. 4 quæsito 11. num. 1376. Tiraquell. lib. 1. retractus, s. 1. glossa 10. num. 114 Decius cons. 239. num. 6. Cald. d. cap. 5. num. 79. Franchis decis. 339. vers. inde ex predictis. Mantica de tacit. & ambig. tom. 2. lib. 13. tit. 7. num. 8. No guerol.

guero l. allegat. 22. num. 5. & allegat. 14. nu. 46. Cancer. tom. 1. var. cap. 8. num. 30. Ratio est, quia cum venditor, aut donator, ante traditio-  
nem dominus sit, legitimè poterit obligare rem cuius adhuc dominus est, vel alias illius domi-  
num in se undum donatarium, aut emptorem  
transferre. quia datur voluntas domini cum  
traditione, ut colligitur ex d.l. quoties. Gom in  
l. 40. Tauri i. num. 38. Menchaea de successio-  
num creat, one. §. 10. num. 82, notat Carrasco.  
d. cap. 11. num. 123. iuxta quæ rectè procedit  
text. in d. §. alia. nam donatio, de qua ibi,  
licet perfecta dicatur, ne reuocari possit per  
donantem; non tamen dicetur perfecta, ne do-  
nator illam alij hypothecare, & donare possit,  
ita ut cum illo pondere in accipientē transeat.

Colliges secundò intellectum ad text. in d.  
l. 1. C. de iure fisci. quatenus ibi perfectam do-  
nationem prædiorum requirit, hoc est, per tra-  
ditionem, ut ibi notat Accursius verbo perfe-  
ctam; quasi si donator antequam traderet rem  
donatam, cum fisco contraxisset, non dicere-  
tur perfecta donatio; quinimo in ipsum dona-  
tarium hypothecæ onere prædia affecta tran-  
sirent: secus esset si ante hypothecam tradita-  
fuerint, sequuntur Bart. ibidem, num. 6. Rebuff.  
& Platea nu. 3. Bald. nu. 13. Carrasco d. cap. 11.  
nu. 212. Peregr. de iure fisci, lib. . . . tit. 6. nu. 3.  
Gaito de credit. cap. 4. quæsto 11. num. 1259.

Ex quibus sic præhabit is patet, veram esse  
resolutionem, de qua supra, dum dixi hypo-  
thecam contractam ante rem donatam, non  
tamen verè, aut fictè traditam in concursu cre-  
ditorum præferendam esse. Cum enim dona-  
tor ante traditionem dominus sit rei donatæ,  
et per Carrasco, Menchacam, Gom. Gatum, &  
alios, de quibus supra; consequens erit, ut  
illa hypotheca tempore habili, & legitimo cō-  
tracta, huic donatario in concursu præferenda  
sit, iuxta supra resoluta.

Declarata secundo, quod tunc dicetur perfe-  
cta donatio, si per constitutum fiat traditio  
ad prædictum effectum, hoc est, ut donatarius  
hypothecæ ex postfacto contractæ in concursu  
præponi debeat, quando scilicet proponatur  
donatarium præsentem fuisse, & donationi cō-  
sensum præstissime, notat Gom. in l. 45 Tauri nu.  
82. Peguera decis. crim. 48. n. 2. Cuius rei ratio  
in eo consistit: nam ut traditio per constitutum  
idem operetur, quod vera, necessaria est præ-  
sentia & consensus illius, in cuius fauorem fit  
constitutum, cum possessio sine animo acqui-  
rentis transferri non possit l. 1. §. ad ipsi scimus.  
l. 3. ff. acquir. possess. Antonius Faber de erro-  
ribus pragmaticorum decade 75. errore 7. Do-  
minus Ioannes Baptista de Larrea decis. 10.  
num. 28. Thesaurus decis. 70. ampliat. 2. Et  
enim, si donatarius absens sit, non aliter facta  
traditio per constitutum facta, veræ traditio-  
nis effectus operabitur, quam post ratihabita-  
tionem donatarij absentis, cuius nomine con-  
stitutum fuit factum gloss. in d. l. quod meo,  
11 verbo possidere, optime Valasec. consultat. 55.  
num 2. Gom. vbi supra, num. 82, quæ quidem  
ratihabitio tempore habili fieri debet, aliter

nec dominium, nec possessio transibunt in ra-  
tificantem, si tempore inhabili ratificationem  
fecerit, argumento text. in l. bonorum 42. ff. rem  
ratam haberi, notant Valasec. supra numer. 2.  
Tiraquell. de constitut. 3. part. limitat. 30.  
num. 8. Barb. 2. parte legis diuortio in princip.  
numer. 11. ff. so. ut. matrim. Egid. in l. ex hoc  
iure 2. parte, clausula 15. cap 13. num. 1. Mo-  
lina d. cap. 2. num. 64. Tellus in l. 17. Tauri,  
num. 31.

12 Ex quibus, ad nostram 'materiam inferen-  
do, consequitur, quod si donator, qui con-  
stitutum in fauorem absentis fecit, ante illius  
ratihabitationem rem donatam iure pignoris  
obligauerit, & absens ratum habuerit constitu-  
tum, res illa prædicto onere affecta, in do-  
natarium transibit, & consequenter hypotheca  
in concursu præferenda erit. Quæ resolutio  
13 deducitur ex text. in d.l. vlt. §. Lucius, ff. de  
donat. notat. Gom. supra num. 83. vbi dicit,  
quod si antequam absens ratum habeat consti-  
tutum, venditor, vel donator, qui se constituit  
possidere nomine absentis, vendat, donet, vel  
alienet rem, & tradat verè, vel fictè, ille se-  
cundus erit præferendus in re donata, aut  
vendita.

14 Intellige tertio, quod tametsi facta tra-  
ditione per clausulam constituti primo dona-  
tario, nec secunda donatio ex postfacto reali-  
ter facta, nec hypotheca huic donatario aliquo  
modo officere possit; nihilominus tamen si  
constitutum fiat sub conditione, qua pendente  
donator alteri rem donatam obligauerit,  
iure pignoris, aut donationis, & insimul tra-  
diderit; adimpleta postea conditione, præfe-  
rendus non erit in concursu primus donatarius  
15 in cuius fauorem constitutum conditionaliter  
emanauit; cuius rei ratio est; quia in hac spe-  
cie adimplementum conditionis, sub qua cō-  
stitutum fuit conceptum, non retrotrahitur ad  
tempus celebrati contractus. Patet, si aduer-  
tas, quod ad hoc ut fictio translatitia locum  
habere possit (ut alibi diximus) requiritur ha-  
bilitas in utroque extremo, à quo & ad quod:  
iuxta doctrinam Bart. in l. si is qui pro empto-  
re, num. 4. & 48. ff. de usucap. Barbosa loco  
supracitato num. 1. Gom. tom. 2. var. cap. 11. nu.  
30. Guttier. lib. 3. pract. quæst. 65. num. 6. At in  
hoc casu deficit habilitas in extremo à quo  
(hoc est) tempore quo constitutum factum est,  
cum iam res illæ hypothecæ onere affecti, aut  
alias alteri donata proponatur; atque ita fictio  
illa locum habere non potest, iuxta sententiam  
Decij in l. contractus, ff. de regulis iuris, limi-  
tat. 6. Gom. in d.l. 45 Tauri num. 93. vbi hoc  
in contractu emptionis, & venditionis defen-  
dit, subscribunt Hermosilla in l. 50. tit. 5. p. 5.  
num. 10. Barbosa de clausulis, clausul. 31. nu.  
33. Noguerol. d. allegat. 14. num. 52. Mantica  
de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 22. num. 17. Flores  
de Menain addit. ad Gam. decis. 116. numer. 3.  
vbi quod contractus purus cum traditione  
præfertur primo conditionali cum clausula  
constituti, etiam si postea purificetur conditio,  
quia non tollit ius alteri medio tempore qua-  
tum,

tum, Guttier. qui ab hac sententia non dissentit, de iurament. confirmatorio 1. part. cap. 30. num. 6.

17 Nec dubium faciat, quod in contractibus conditionalibus conditio casualis retrotrahitur ad tempus contractus celebrati, iuxta text. in l. potior. vers. videamus. & in l. qui Balneum, ff. qui potiores in pignore habeantur. Ripa in l. priuilegia ubi Dom. Maqueda num. 104. ff. de priuilegiis cred. Felician. de censibus lib. 3. cap. 5. num. 19. Gregor. Lopez in l. 32. titul. 13. part. 5. verb. condicione. Satisfit enim si dicas, quod retrotractio, de qua in dictis iuribus, ideo locum haber, quia in eis datur utrumque extreum habile, quod quidem si deficeret, talis retrotractio non concederetur, explicat Gom. in d. l. 45. num. 93. Gratian, tom. 5. discept. cap. 857. num. 28. Noguerol. allegat. 14. num. 59.

18 Vtrum autem facta donatione, stipulante notario nomine absentis, anteratificationem donatarij, donatio perfecta, & irrevocabilis dicatur? questio est in hac materia donationis ardua, & multum controvensa: cuius questionis resolutio ad nostram materiam applicata utilis, & proficia erit, ut sciamus, quando post factam huiusmodi donationem res sic donata oppignerari, aut quoconque modo alienari possit. Si enim in hac specie donatio perfecta & irrevocabilis reddatur, hypothecæ ex postfacto, tanquam super re aliena contractæ, in concursu ratio non erit habenda: ex regulæ text. in l. 1. §. 1. ff. de pignoribus, l. quæ prædium, C. si res aliena pignori data sit, l. 9. tit. 13. p. 5. Quemadmodum è contra, si illa perfecta non sit, aut alias reuocabilis, hypotheca posterior erit.

In hac igitur questione, in qua acerrimè pugnant utriusque iuris grauissimi coriphei, partem affirmatiuam, videlicet, quod stipulante notario absentis nomine, ante illius ratificationem donatio irrevocabilis fiat: probare videtur text. in l. 2. ff. rem pupilli saluam fore. in quo subrogatur seruus publicus in locum serui proprij: negari autem non potest, quod stipulante seruo, proprio domino ita acquirit, ut promissor reuocare nequeat, ut deducitur ex l. quodcumq; ff. de verborum. l. siue mihi 15. ff. de stipulatione seruorum. igitur idem erit, quod seruus publicus (hoc est) tabellio, absentis nomine stipuletur, subrogatum sapit, & sortitur naturam eius rei, in cuius locum subrogatur. l. si cum, §. qui iniuriarum, ff. sequis cautionibus, ubi Bart. Bald. Angelus, & alij, Molina de primogeniis lib. 4. cap. 4. nu. 26. Flores de Mena var. lib. 2. quest. 20. Dom. Castillo controvrs. lib. 4. cap. 36. num. 51. quibus suffragatur text. in l. si ego 24. ff. de negotijs, l. perfundum. 11 ff. de seruitutibus rusticorum præd. l. 1. (illuc) Et si mutauerit venditor voluntatem. ) ff. qui sine manum, bonum text. in cap. si tibi absenti de præbendis in sexto.

Ex quibus hanc partem tuentur Gozadinus Afferius Capell. Tholosana, Socinus iunior,

Bart. Dinus, & alij, de quibus Mantica de tacitis, & ambig. lib. 14. tit. 26. num. 1. Couar. in rubrica de testam. 3. part. num. 12. plures, quos refert d. decis. 70. per Tb. sau. um, nu. 4. Clarus in S. donatio, quest. 13. vers. primo ergo. Molina de iustitia, & iure. disput. 264. S. quarto, tanquam. Villalobus in antinomia iuris, litera N num. 175. Matiens. in l. 9. tit. 10. glossa 2. lib. 1. recop. num. 10. Gregor. Lopez in l. 4. tit. 4. part. 5. gloss. no lo puede fazer, vers. aduerte. Zeuallos commun. contra coram. q. 54. ex num. 11. ubi plures refert Guttier. in cap. quamvis pactum, num. 54. Seraphinus de priuilegio iurament. priuilegio 24. num. 4. Anton. Faber de erroribus pragmatic. decade 47. errore 3. per totum. Parladorus lib. 2. rerum quotidiana rum, cap. 3. num. 36. ubi resoluta, donationem absenti factam, ita validam esse, ut donator nullo modo possit illam renocare, falsumque esse afferere, donatorem non habere, animum se obligandi, ante acceptationem donatarij absentis. Egid. in l. hoc iure, 2. parte, cap. 13. clausula 15. num. 3. ubi quod stipulante Notario, statim absenti, ante illius acceptationem eodem modo ius acquiritur, quo stipulatione, & acceptatione serui ius domino acquisitum intelligitur, D. Castillo controvrs. tom. 5. cap. 130. num. 22. & tom. 4. cap. 37. n. 38. ubi plures citat. additio ad Molin. dicto lib. 4. cap. 2. ex num. 58 ubi tamen contrarium in Hispanorum primogeniis pluribus citat. admittit Hermosilla in l. 4. tit. 4. part. 5. glossa 1 n. 42. Angul. in l. 1. glossa 5. num. 28. de las mejoras Suarez in l. quoniam in prioribus, q. 8. num. 8. Dueñas regula 119. limitat 2. Gom. tom. 2. var. cap. 4. numer. 2. Mendoza de pactis cap. 9. num. 38. Flores de Mena in addit. ad Gam. decis. 8 num. 2.

20 At oppositum, quinimo etiam post tabellionis stipulationem, donationem reuocari posse, si absens illam ratam non habuerit, defendunt plures, quos refert Zeuallos d. q. 54. ex num. 10. relati per Cald. de empt. & vendit. cap. 34. num. 5. Azeued. in l. 2. tit. 16. lib. 5. recopilat. num. 25. plures refert, & sequitur Pater Sanchez de matrimonio lib. 1. disput. 7. num. 11. in fin. d. decis. Pedemont. 70. num. 2. & 3 Tiraquell. in tractatu de utroque retractu 3. part. limitat. 30. num. 8. Peregrin. de fideicommiss. art. 51. num. 14. Melchior Phæbus decis. Lusitana 170. num. 14. Menchaca de success. creat. lib. 3. §. 21. num. 43. Morla in emporio 1. part. tit. 3. quest. 3. num. 7. Noguerol. allegat 22. n. 6. Barbosa 2. part. rubricæ, ff. solut. matrim. nu. 94. Molina lib. 4. de primogeniis, cap. 2. nu. 68. Cancerius var. lib. 1. cap. 8. num. 24. Auendanus in l. 44. Tauri. glossa 9. Borrellus in sum. decis. tom. 3. tit. 10. num. 149. Mierez de maiora tu, 1. part. q. 36. num. 2. quorum præcipuum fundamentum est l. 3. ff. seruis exportandis. quo loco sic Paulus respondit: Si quis hac lege venit, ut intra certum tempus minimemittatur si non sit manumissus, liber sit; si tamen is qui vendidit in eadem voluntate perseveret, ) cui cōuenit Imperator in l. fin. C. si mancipium ita fuerit.

21 Secundo eandem sententiam fuit decis. tex. in l. 2. §. sed si quis, ff. de donat.

Tertia hanc partem efficaciter probat doctr. Bart. in l. qui Romae, §. Flavius num. 1. ff. de verborum obligat. quo loco afferit, quod si quis alteri donauerit rem aliquam, ut post certum tempus ad Ecclesiam perueniat, quamvis Ecclesiæ interim ius sit quæsitum, iuxta regulam text. in l. quoties, G. de donationib. quæ sub modo: poterit tamen donator in vita reuocare: quam sententiam magis communem fatentur Valasc. de iure emphit. quest. 49. numer. 6. Gom. in l. 40. Tauri, num. 25. & eandem sequitur Anton. Fab. in suo G. de donat. quæ sub modo 39. definit. 2. Surd. decis. 209. nu. 13. Cancer. var. 3. par. cap. 8. num. 31.

22 Confirmantur modo dicta ex his quæ considerat Molina in loco paulo ante citato nu. 71. quo loco expedit, quod si priusquam ratihabitio fieret absentis donatio irreuocabilis faret, sequeretur quod donatarius forte innitus obligaretur, quod negandum est, & sic contractus ex una parte claudicaret, ut habetur in l. Iulianus, §. si quis à pupillo, ff. actionibus empti, quod tamen hic deficit.

23 Tandem pro eadem sententia expendi solet d. l. 2. tit. 16. lib. 5. recop. iuxta quam licet per illam legem innui videatur, ut quomodo cunque appareat, quod quis alicui obligationi fese subiçere voluit, efficaciter obligetur: nihilominus tamen illa constitutio in eum sensum per Hispanos modernos sic accipi, & intelligi solet, ut dum taxat voluerit tollere solemnitates stipulationum, quæ iure ciuili ad contractus validitatem requirebantur, non autem ea quæ ad substantiam, & validitatem contractus, præcisa, & necessaria erant, prout est acceptatio donationis, quæ pro illius perfectione requiriatur, iuxta tex. in l. absenti, ff. de donat. obseruat ex alijs Molina dicto cap. 2. numer. 63. iudicis traditis per Couar. lib. 1. variar. cap. 14. num. 14.

Propter hæc fundamenta, quibus supra citati auctores in vnam, & alteram sententiam abicerunt, d. decis. Pedemont. num. 5. præfatas opiniones ad concordiam reducens, sic distinguit: videlicet, ut pars affirmativa procedat re integræ (id est) ut quo ad ipsum donantem donatio incommutabiliter valeat, nec ab ipso reuocari possit, etiam ante ratihabitionem, quamdiu per ipsum alij non fuerit donata, & insimul tradita, aut quo cunque titulo alienata; quam distinctionem communem ex alijs dicit Clarus d. S. donatio, quest. 13. num. 2. & 3. ubi quo ad secundum membrum distinctionis omni difficultate carere scripsit, quando secundo res tradita fuisset; cum tunc etiamsi prima donatio præsentì, & acceptanti facta proponeretur, secundus, cui res tradita fuisset, præferri deberet, secundum regulam legis quoties, G. rei uendicatione. quod si nec primo, nec secundo traderetur, primum dubio procul esse præferendum. Pro qua sententia, & distinctione plures citat Couar. eandem admittens in rubr. de testam. 3. par. nu. 13. vers. hi vero.

24 His tamen non obstantibus, prima sententia verior videtur, quia fortioribus iuribus, & maiori Doctorum numero, & auctoritate fulcit: neque ea retenta obstant fundamenta contrariæ sententiaz. Non primum ex d. l. 3. et in d. l. fin. Satisfit enim, in prædictis iuribus habitum fuisse respectum ad perseverantiam voluntatis venditoris, ad effectum ut libertas competeret ipso iure ex constitutione Imperatoris Marci, seruo post tempus manumittendo, quæ quidem constitutio inducta fuit, tam in favore libertatis, quam domini venditoris: unde mutata voluntate domini libertatē exercentis, iam cessat dicta constitutio; inde tamen inferri non potest, quod tametsi constiterit mutatam esse voluntatem domini donatoris, aut venditoris, non possit seruus per officium iudicis, libertatem petere, ut colligitur ex l. 1. ff. qui sine manum. (illic) Sed & si mutauerit vedor voluntatem, nihilominus libertas competit.) explicat Bart. in l. Arist. ff. de donat. dic, illic tantum mentionem fieri de mandato ad donandum, quod morte extinguitur re integræ. l. mandatum, C. mandati, §. item si instit. illo titulo, l. fin. ff. desolut. Alexand. Trentacin. var. lib. 2. tit. de procurat. resol. 10. n. 2. Tusc. litera M. concl. 65. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 23. num. 1.

25 26 Nec obicem facit doctrina Bart. in d. S. Flavius, nam contrarium tuentur plures, quos refert Couar. d. cap. 14. num. 7. Gom. in l. 40. Tauri num. 19. Dueñas regula 216. Dom. Castillo quot. lib. 4. cap. 5. nu. 21. Parladorus quot lib. 2. cap. 3. num. 37. Azeued. in l. 11. tit. 6. lib. 3. recop. num. 18. Matiens. in l. 2. tit. 16. lib. 5. nu. 10. Flores de Mena in addit. ad Gam. decis. 8. n. 2. Hermosilla in l. 7 glossa 4. tit. 4. partita 5. nu. 2. Costa de successione regni, pag. 62. & communiter reprobari affirmat Suarez in l. quoniam in prioribus, G. de in officioso testam. ad leges regni, quest. 8. num. 2. Quinimo, tametsi fateamur magis communem esse Bart. doctrinam, prout fatentur Gom. in d. l. 40. Tauri num. 29. Valasc. de iure emphit. quest. 49. num. 6. Nihilominus tamen in diuerso casu loquitur: quia illic non agit quando notarius nomine absentis acceptauit; & sic perperam inducitur eius auctoritas ad nostrum casum, in quo ius irreuocabiliter tertio acquiritur per acceptationem tabellionis, ut in terminis aduertit Couar. in d. cap. 14. num. 11. subscribit Clarus d. q. 13. n. 3.

Ad fundamentum vero à Molina supra adductum, dic, quod inter donatorem, & donatarium discrimen constitui debet: quippe quod donator post acceptationem tabellionis non poterit amplius donationem sola voluntate reuocare; & si de facto reuocauerit, non impediet ratihabitionem absentis, neque eius effectum, ut probatur in d. l. si ego (illic) In uito me. & ita respectu donatoris ius irreuocabiliter acquisitum est ex predicta tabellionis acceptatione, Tiraguell. dicta limitatione 30. num. 65. Non sic dices in donatione ex parte donatarij: etenim tametsi dicamus ex parte illius ius acquisitum; non tamen irreuocabiliter ac-

quisitum dicetur, sed conditionaliter, si ipse absens ratum habuerit, ita ut interim pendeat, quasi sub tacita conditione, si absens acceptauerit (illic) *Donec eam ratam habuerit, ius non acquiras*) explicant Decius in l. contratu, num. 22. ff. de regulis iuris, Contra. ubi supra num. 11.

Ad ultimum ex d. l. 2. responde, verius esse, attenta illius constitutione, acceptationem absentis necessariam non esse, ut obseruant Maziens. ibi glossa 5. num. 6. Gom. tom. 2. var. cap. 4. na. 3. ad fin. Dueñas reg. 119. limit. 1. Molina de iustitia, disp. 264. in fin. Suarez ubi supra 8. quæst. principali num. 8. Zeuall. d. q. principali num. 8.

28 At licet prima sententia, quoad reuocabilitatem donatoris verissima sit, tu tamen à secundo membro distinctionis (de qua supra) non discedas: tum quia alias omnino violaretur regula text in d. l. quoties. tum etiam, quia sequeretur absurdum illud, de quo Clarus d. q. 13. num. 3. videlicet, quod plus operaretur donatio facta absenti acceptanti, quam illa que fit donatario præsenti, & etiam acceptanti: & devique, quia licet regulariter donatio perfecta, & irreuocabilis dicatur ad hoc ut illam donator amplius reuocare non possit, iux. tex. in l. perfecta donatio, C. de donat. qua sub modo, l. sicut, C. obligat. & actionibus, & ad alios iuris effectus, de quibus supra: nihilominus quoad tertium, cui illa res secundo loco fuit donata, aut quocunque modo alienata, sic imperfecta, & reuocabilis dicetur, vt si donator illam secundo donauerit, & tradiderit, secundus semper præferendus sit; sicut etiam, si alij iure pignoris obligauerit, & postea tradiderit, transibit cum suo onere, vt notant, & latè defendunt Gaito de credito cap. 4. quæsto 11. num. 1276. additio ad Molin. de primogeniis lib. 1. cap. 10. num. 11. Cald. de extinctione capit. 5. numer. 79. Dominus Ioannes Baptista de Larrea decis. Granat. 69. num. 11. Noguerol. allegat. 22. num. 5. & alij, de quibus supra num. 7.

29 Secundum quæ quæstio supra tacta in concursu decidenda erit. Nam cum prædicta donatio, absenti facta, perfecta, & irreuocabilis solum reddatur ad eum effectum, vt à donatore amplius reuocari non possit, non vero ad hoc, vt illam donare, aut hypothecare alteri non valeat; consequens erit vt causa hypothecæ in concursu circa ipsam rem donatam, potior sit.

30 Quæ quidem resolutio ita debet accipi & intelligi, nisi alias hypotheca in huiusmodi donatione subiiciatur; tunc enim etiamsi nulla præcedat traditio, vera, vel facta, causa donatarij melior erit, quantuncunque donatarius causam prætendant lucratuam, creditor vero onerosam, vt expressè probat text. in l. 2. C. qui 31 potiores in pignore habeantur, vbi Iureconsultus sic ait, Si decreto prætoris, qui de fideicommisso ius dixit, in possessionem fundi bæreditarij, fideicommissi conditionalis seruandi gratia, prius inducti estis, quam aduersarius

vester, in causam iudicati eiusdem qui iure sententiam exequebatur, tempore potiores estis: nam cum de pignore utraque pars contendit, præualeat iure qui præuenit tempore. Quem tex ad hoc expendit Dom. Maqueda in l. priuilegia, num. 110. ff. de priuilegijs creditor. subdens eos qui contrarium sequuntur, illam constitutionem penitus ignorasse. Idem probat text. qui expressè in donatione loquitur, in l. siquidem, C. de donat. inter virum, & uxorem. vbi donationi à marito factæ vxori in casu à iure permisso, non præjudicat obligatio hypothecaria à marito ex postfacto contracta: audi verba text. Si quidem ante donatione 32 possessionis in te iure, vt dicas, à marito collatum. prædium ab eodem creditori obligatum fuerit; alienationem eius (salvo iure debiti) si tamen iuris ratio actionem eius creditoris nō excludit, factam esse non dubium est. Quod si donatione iure celebrata, eo quod vel ante nuptias facta est, vel in iisdem casibus, in quibus etiam constante matrimonio donatione procedere potest, obligatio insecura est; factum mariti quem diem suum obiisse memorasti, iuri tuo officere non posse, certum est. Ex quibus verbis indubia videtur superior resolutio, prout notat, & ad id ponderat illum text. Carrasc. ad aliquas leges regni cap. 11. nu. 209. tametsi extra causam arrharum, regulam generalem perperam constitutat, ibidem n. 217. vers. et sic. videlicet, causam onerosam hypothecariæ, causæ lucratuæ, etiamsi hypotheca reali alias sit munita, vbique præferendam esse, nisi interueniat donatio rei certæ.

Idem probatur in d. l. 1. C. priuilegio fisci lib. 10. vbi Alexander Imperator haec verba rescribit; Si priusquam fisci rationibus pater vester obligaretur, perfectam prædiorum donationem fecisse fuerit probatus: quod citra fraudem creditorum factum est, non rescinditur. Per quem text. hanc partem tanquam veriorem defendit Felician. de censibus to. 1. lib. 3. cap. 5. in fin. subscribunt Dom. Maqueda in loco supracitato, Fontanella de pactis nuptial. tom. 2. claus. 7. glos. 1. part. num. 22. vbi citat Staphil. Gab. & alios. Munt. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 22. num. 23. Suarez in l. 1. tit. de las arrhas, num. 59. Villadiego in sua Politica, cap. 7. n. 17. fol. mibi 240. Roderic. de concursu 2. par. art. 1. num. 19. Picbard. S. quedam actiones, institut. de actionibus, num. 70. plures quos refert, & seqntur Gaito de credito capit. 4. quæsto 11. num. 2235.

33 Ex qua resolutione infertur, falsam videri sententiam Ioannis Gut. in tractatu de iuramento confirmat. 3. part. cap. 15. num. 19. & 20. quatenus tam in donatione, quam in alia quæcumque causa lucratuæ, regulam generalem constituere videtur: videlicet, vt causa onerosa hypothecaria posterior, alij cuicunque priori lucratuæ reali hypotheca munitæ semper præferenda sit. sequuntur Castrus decis. Lusitana 16. ex num. 3. vbi allegat Zeuall. comm. contra comm. quæst. 103. nu. 30. Capic. decis. 78. num. 7. Molina de iustitia, & iure disput. 4. 3. num. 12.

num. 12. Paschal. de iuribus patriæ potestatis par. 2. cap. 9. num. 45. Carrocius decis. 125. n. 3. Carrasco. in loco supra citato, licet num 215. contrarium in arthis hypotheca vallatis admittat; confunditur enim aperte ex predictis iuribus, quæ nostram sententiam tam in donatione, quam in alia quacunque causa lucrativa, expressè innuere videntur:

Nec obstat text. in l. inter eos, s. is quoque ff. de re iudicata, quem pro sententia Gutierrez fortissimum existimat Carrasco ad. cap. 11. num. 206. cum alijs adductis per eundem Gut. dicto loco num. 19. & 20. Nam præter quam quod eis abunde satisfaciunt Dom. Maqueda, & Roderic. dictis locis, textus ille non loquitur quando in donatione, seu alia quacunque causa lucrativa adiecta fuit generalis, aut specialis dominantis hypotheca; ac subinde nobiscum non pugnat, neque ad terminos nostræ questionis adaptari potest.

Nec similiter præfatæ resolutioni Oberit, quod hypotheca in hac specie est accessoria ad contractum principalem donationis; sique annullato contractu principali, hypotheca inutilis erit, vt expendunt plures ex citatis. Satisfit enim ex his quæ Gaitus supra num. 1246. vbi sic respondit (illic) *Nam et si hypotheca datur accessoria ad contractum donationis, & consequenter annullato contractu, annullatur hypotheca, ut passim notant omnes: non propriea sequitur quod hypotheca adiecta donationi effectum non operabitur aduersus creditorem posteriorem; cum in casu nostro nequam annullatur, aut reuocatur donatio, sed tantum controvexitur circa prælationem eo quod etiam non sequuta traditione regulariter non reuocatur, sed donator cogitur tradere ad text. in l. si quis argentum, & fin. C. de donat. & s. aliae institut. eodem. Ideo si donatio inter viuos dicitur perfecta etiam ante traditionem, & ab initio, quamvis aliquo modo per nouam obligationem infringatur vt inferius, tamen hypotheca dato à principio valido suum operata fuit effectum separatam ab eodem contractu afficiendo, scilicet res donatas nexus hypothecario eo quia diuersos pariunt effectus donatio, & hypotheca. Hactenus Gaito.*

Secundo ex eadem resolutione infertur, minus certam videri opinionem eiusdem Carrasci dic. cap. 11. num. 215. & 216. quatenus ibidem vxori pro arthis hypothecæ ex postfacto à marito contractæ in concursu prælationem non aliter concedit, quam si maritus pro solutione arrharum bona sua expressè hypothecauerit. Aperte namq; conuincitur opinio illa expeditis iuribus, quæ causæ lucrativæ tacita, aut expressa hypotheca priori munitæ indistincte prælationem indulgent; vt expressè colligitur ex d. l. 2. vbi hypotheca tacita in pignore prætorio à lege inducta in fauorem fideicommissarij, qui causam lucrativam prætendit, præfertur creditori oneroso, qui ex eodem iure (hoc est) pignoris prætorij sese præferendum esse contendebat.

Nec scrupulum iniiciat, quod ex eo textu clare non colligitur, quod secundus creditor causam onerosam prætendat. Satisfit enim quod hoc manifeste euincitur, si aduertas quod Iureconsultus ibi prælationem creditori tempore priori, vt ibidem text. habet (illic) *Prauenlet iure qui præuenit tempore.* Si enim uterque creditor prætenderet causam lucrativam, utique inducenda erat alia regula à Iureconsulto tradita in l. quærebatur ff ad l. falcidiam, per quem text. tenet Paulus in l. si quis testamento, s. i. ff. legat. l. quod si plures creditors causam lucrativam intendant, pro rata inter eos solutionem faciendam esse, subscribit Gregor. Lopes in l. 26. verbo, obligados, tit. 13 p. 5. Scobar de ratiociniis computat. 10. num. 3. Gom. tom. 1. var. cap. 12. num. 34. Pro qua sententia facit, quod vxori priuilegium prælationis in bonis mariti concedere videtur text. in l. ubi adhuc, C. de iure dotium, si saltem mulier agat ad dotis restitutionem quando maritus effetus est non solvendo, iuxta text. in cap. fin. de donat. inter virum, & uxorem: quia tunc mulier non agit de lucro captando, sed de conservanda dote, & in specie admittunt Panormit. in cap. ex literis de pig. numer. 5. Barbos. 3. part. l. i. ff. solut. matrim. num. 31. Conar. lib. 1. var. cap. 7. n. 1. Cum autem arrha, quibus in Hispania utimur, successerint in locu donationis propter nuptias, vt latè dixi ampl. 3. hac eadem regula igitur à fortiori hypotheca indulgenda erit.

Tertio ex supra resolutis infertur ad eam celebrem questionem, quam excitant Doctores in d. l. quoties, C. de donationibus, quæ sub modo, iuncta lege 7. tit. 4. part. 5. Vtrum donatio ad tempus, vel post mortem alterius, alicui facta, sic secundo donato acquisita dicatur, vt alteri donari, aut hypothecari minime valeat. Cuius questionis resolutio pendet ab intellectu prædictorum iurium; videlicet, an, & quando actio secundo donatario acquisita, realis, an personalis censenda sit.

Ad veram igitur propositæ questionis resolutionem noto primo, quod decisio text. de quain d. l. quoties, iuxta quam utilis actio absenti sine stipulatione queritur, specialis est, vt docet Bart. in l. stipulatio, s. stipuler, ff. de verborum obligat. vbi Alexander nu. 19. communem dicit, communem etiam testatur Conar. lib. 1. var. cap. 14. num. 20. Surd. decis. 85. num. 7. & magis communem quoque profitetur. Peregrin. de fideicommiss. art. 1. nu. 16. & art. 51. ex num. 15. Gom. in l. 40. Tauri, num. 26. Valasc. consult. 194. nu. 11. Osaschus decis. 85. num. 7. Anton. Faber de erroribus pragmat. de cade 47 errore 8. Hermosilla in l. 7. tit. 4. glos. 2. part. 5. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 48. num. 3. Et licet hæc conclusio verissima sit, decipiuntur tamen Doctores, qui existimant hæc specialitatem ex fauore liberalitatis prouenire: cum enim iuris regula sit, absenti per alterum actionem non queri, vt in sc. alteri inst. tut. de inutilibus stipulat. non sat erat libera-

litteratis fauor sine lege, ut à regulis iuris recederetur. Veritas igitur est, quod non ex solo liberalitatis fauore, sed ex constitutione diuorum Principum, illa specialitas est introducta, ut probatur in d.l. quoties (illic) Sed cum postea benigni iuris interpretatione duci principes ei qui stipulatus non sit, utilem actionem iuxta donatoris voluntatem competere admiserint.) aduertunt Cuiatus in paratitla, C.de donat, qua sub modo, Pichardus in d.S.alteri, num. 28.

37 Secundo noto, quod licet de iure communii questio esset ardua, & multum controvessa, Vtrum in terminis d.l. quoties, secundo donatario actio realis an personalis competenteret; obtinuit tamen sententia, quae voluit utilem tantum actionem personalem competere, ut per Gom. in d.l. 40. Taur. num. 16. Valasc. consult. 194 num. 14. Francibis decis. 174. Gratianus discept. forens. cap. 332. num. 8. Mant. vbi supra num. 3. Hermosilla num. 3. Menoch. lib. 1. conf. 85. num. 31. Magon. decis. Flor. 31. num. 8. Couar. d. cap. 11. num. 3. vbi præter alia considerat, quod ex resolutione contractus verbis obliquis concepti, de qua in d. l. quoties, nunquam dominium transit absque traditione; licet alias etiam si verbis directis decisio illa concepta foret, adhuc dominium minime translatum diceretur; cum illud speciale sit in pactis legis commissoriae, & addictionis in diem. Bart. in l. 1. ff. de donat. Peregr. d. art. 51, ex num. 8. ex quorum mente deducitur quod in donationibus, licet pacta resolutiva verbis directis concipientur, dominium tamen semel quæsumum retransferti non potest, nisi mediante traditione: quod tamen fallit in secundo, & reliquis donatariis, & successoribus maioratus, quia traditio facta primo donatario, non solum videtur facta illi, sed etiam omnibus sequentibus, argumento l. 2. C. acquirend. possess. Tellus in l. 27. Taur. num. 2. qui prædictam sententiam fundat in d.l. 37. Barbosa in l. diuortio 2. part. in princ. num. 11. ff. solut. matrim. Pater Sanchez consiliorum moral. lib. 1. cap. 6. dubio 1. num. 8. Gutierrez lib. 2. pract. quest. 2. num. 4. Et ideo illa traditio operatur dominij translationem, non solum in secundo donatario, sed etiam in sequentibus, licet illi ratum non habeant, ut per Barb. d.n. 11. & 12. ac proinde secundo donatario, tanquam domino, non ex vi dominij retranslati, sed acquisiti, singulis successoribus ex prima traditione vendicatio recte competit.

Vnde est, quod si primus donatarius invita sua bona maioratus alienet, secundus donatarius substitutus post mortem illius poterit alienata reuocare: quia licet in contractibus prohibitio de non alienando dominij translacionem non impedit, iuxta text. in l. ea lege, C. condit. ob causam, l. 43. titul. 5. par. 5. resoluunt pluribus citatis additio ad Molin. lib. 1. cap. 12. num. 32. cum tamen primus donatarius limitatam dominij causam habeat, & ad vitam suam restrictam, non potest plus iuris in aliud ex alienatione transferre; & ideo eo mortuo

causa dominij expirat; ut bene aduertit Molina de primog. lib. 1. cap. 12. n. 32, quæ tamen im- merito reprehendit Barbosa supra numer. 10. quasi Molina existimauerit dominium à primo 38 donatario in aliud (puta emptorem) translatum, ipso iure post mortem donatarij retræferti in successorem maioratus: quod nequam admittitur iuxta supra resoluta, & magis communem intellectum d.l. quoties, quam explicant Alciatus in l. traditionibus, num. 19. C. de pactis. Matiens. in l. 8. gloss. 2. nu. 10. tit. 7. lib. 5. recop. Barbosa supra num. 9. qui omnes resoluunt, in terminis d.l. quoties, dominium ipso iure non retransferri; quod sane Molina non negat, sed tantummodo afferit, finitam esse causam dominij, quia primus donatarius non potuit in emptorem plus iuris transferre, quam ipse habeat. Vtrum autem retransferatur dominium? non disputat illic, nec qua ratione ab emptore auocandum sit.

Tandem pro communi facit, quod in d.l. quoties aperte probatur, quod actio de qua ibi, 39 personalis est, in illis verbis, (illic) Vel heredibus cōdictitiae actionis persequitione. Condictio enim actio personalis est, iuxta text. in S. appellamus institut. de actionibus. iuncto text. in l. actio in personam. ff. de obligat. & actionibus, Socinus conf. 236. vol. 2. vbi prædictum text. ad hoc esse clarum ait, subscribit Valasc. consult. 194. nu. 17. vbi quod solo pa- 40 ctio rerum dominia transferri non possunt, & quod prædicta lex exorbitat à regulis iuris communis, quatenus in donatione, alteri per alterum queritur obligatio, & ideo ad actionem realem nequaquam extendi debere, Barbosa supra num. 9. Tellus in loco citato, num. 2. vbi cum Couar. supra num. 5. in princip. hanc partem in terminis dictæ l. 7. defendit. Matiensus supra numer. 21. Gom. numer. 26. plures citat. Melchior Phæbus 1. part. decis. 81. num. 9.

Ex quibus sic prænotatis aperte constat, prædictam sententiam de iure communii verissimam esse; quidquid contrarium illo iure inspecto, defenderint Decius conf. 239. num. 8. Decian. lib. 1. conf. 31. num. 61. Peregr. d. art. 51. num. 17. Anton. Fabr. de erroribus pragmat. decade 48. error. 8. Noguerol. allegat. 1. num. 63. & plures 41 alij, quos refert Sanchez supra num. 2. De iure tandem regio Decij opinio & sequacium dubio procul admittenda est, prout agnoscent contraria sententiæ asseclæ, ut per Couar. dictio cap. 14. num. 5. in fin. Tellum numer. 2. ad fin. Suarez in l. quoniam, super leges regni, fol. 342. Valasc. d. consult. 194 n. 20. vbi quod prædicta lex 7. ad hoc est pulchra, & aurea; sequitur Barbosa in loco supra citato num. 11. vbi licet de iure communii contrarium firmer, cum hac tamen transit attento iure regio, Molina supra lib. 3. cap. 12. num. 3. Gregor. Lopez in d.l. 7. verbo ganarian. vbi ad hoc illam legem commendat. Dom. Castillo lib. 5. controvers. cap. 68. vers. quatenus, Mieroz de maioratu 1. p. q. 24. num. 6. Molina disput. 3. col. 39. Hermosilla in l. 2. tit. 4. par. 5. glossa 3. num. 9. iudicatum pro haec

# Regula prima Ampliatio quarta

101

hac parte refert Phæbus suprain fin. Egid. in l. ex hoc iure 2 part. cap. 12. differentia 5. nro. 6. in fine.

Quare retenta, quæstionis superioris ad contum cursivem creditorum redactæ facilis erit resolu-  
tio. Cum enim ex hac donatione secundo donatario actio realis reiuendicationis com-  
petat, adimpta conditione, qua res ei dona-  
ta fuit, aut alias cedente die quoisque dona-

tio fuit facta; consequens erit, vt si res ipsa sic donata per primum donatarium fuerit hypothecata, aduersus quam forte instant creditores, semper secundi donatarij causa in cōcursu potior erit, quia scilicet hypotheca illa sic con-  
stituta extincta, & resoluta dicetur, vt in ter-  
minis dictæ l. quoties, resoluit in specie Her-  
mosilla in l. final. titul. 5. part. 5. glossa rrima,  
num. 18.



## S V M M A R I A.

- 1 Regula superius constituta habet locum aduersus creditores, quibus res quæ laesione ul-  
tra dimidium iusti pretij vitio laborat, hy-  
pothecae nexu fuit astricta.
- 2 Pars negativa ostenditur.
- 3 Referuntur fundamenta, quibus pars negati-  
ua tueri potest.
- 4 Prior sententia admittitur, & contrarijs re-  
spondetur.
- 5 Intelligitur superior resolutio, nisi credito-  
res velint supplere iustum pretium.
- 6 Excitatur quæstio, an electioni de qua in l. 2.  
C. rescind. sit locus quando dolus venditioni  
causam præstítit.
- 7 Pars negativa adducitur.
- 8 Si dolus venditioni causam præbet, nulla re-  
manet venditio.
- 9 Pars affirmativa ostenditur.
- 10 Contractus emptionis, & venditionis, habet  
suam substantiam, si in eo interueniant res  
pretium. & consensus.
- 11 Sine consensu nulla conuentio subsistere po-  
test.
- 12 Definitio dolii præmittitur.
- 13 Dolus formalis, vel versatur circa substan-  
tialia, vel circa accidentalia.
- 14 Dolus qui versatur circa substantiam actum  
vitiat.
- 15 In contractibus bona fidei dolus contractui  
causam præbens, etiam in accidentalibus con-  
tractum vitiat.
- 16 Redditur ratio differentia inter contractus  
stricti iuris, & bona fidei.
- 17 Dolus incidens in contractum nequaquam  
vitiat illum.
- 18 Ratio huius conclusionis pungitur.
- 19 Traditur differentia in dolo dante causam cō-  
tractui, quando versatur circa substantia, &  
circa accidentalia.
- 20 Quod aliquis fauore introductum est, in odiū  
illius non retrorquetur.
- 21 Titulus G. si vendito pignore agatur, expli-  
catur.
- 22 Fraus in re vendita tripliciter contingere po-  
test, & quæ ista sit ostenditur.

- 23 Textus in l. 1. C. de prædijs decurionum, expli-  
catur.
- 24 Si dolus venditioni causam præbens verse-  
tur circa substantiam, contractus an-  
nullatur etiam si velit is qui dolum pa-  
titur.
- 25 Explicatur text. in l. Julianus, s. venditor, ff.  
actionibus empti.
- 26 Text. in l. si dolo, C. de dolo, exponitur.
- 27 Quæstio præcedens ad propositum applica-  
tur.
- 28 Si laesio enormissima interueniat, creditori-  
bus electio non competit ad rem restituendam.
- 29 Id ipsum in re habita à minore resol-  
uitur.
- 30 Excitatur quæstio, utrum si creditores velint  
rem restituere, fructus etiam restituere  
teneantur.
- 31 Pars negativa in favorem creditorum osten-  
ditur.
- 32 Fructus ad eum pertinent, qui dominus  
est.
- 33 Bonæ fidei possessor ex re aliena fructus suos  
facit.
- 34 Emptor restituens rem ex pacto præcedenti,  
fructus restituere non cogitur.
- 35 Praxis admisit, vt in remedio laesione  
ultra dimidiā, fructus non restituantur.
- 36 Pungitur secunda sententia præfatae con-  
traria.
- 37 Fructus veniunt, quoties peto id quod fuit  
meum.
- 38 Aliud fundamentum in favorem prædictæ  
sententiae adducitur.
- 39 Text. in l. 1. G. si maior factus hanc senten-  
tiam probat.
- 40 Tertia sententia pungitur.
- 41 Fructus restituendi sunt habito respectu  
ad interesse, de quo in l. curabit, C. act.  
empti.
- 42 Pars negativa quæ creditoribus fauet, ad-  
mittitur.
- 43 Resolutio superior ampliatur etiam ad casū,  
quo venditio iudicis decreto interueniente  
celebratur.
- 44 Text. in l. 2. C. de fide instrumentorum, &  
iure

- 43 iure bastae fiscalis lib. 10. pro hac sententia ponderatur.
- 45 Si hac ampliatio vera non esset, sequeretur, quod ubi venditio rei minoris fieret cum decreto, restitutio in integrum impediretur: quod tamen falsum est.
- 46 Idem esset in Ecclesia, quia restitui non debet.
- 47 L. 1. tit. 11. lib. 5. recopil. pro hac sententia applicatur.
- 48 Contraria sententia ostenditur.
- 49 Prima admittitur, & contrarijs responsum assignatur.
- 50 Praecedens sententia declaratur, ni emptor fuerit ad emendum compulsus.
- 51 Intelligitur nisi iudex rem in solutum ad iudicauerit.
- 52 Quod etiam declaratur si debitor simpliciter creditori rem in solutum dederit.
- 53 Extenditur etiam resolutio principalis in divisione hereditatis.
- 54 Et in divisione per sortes facta.
- 55 Contraria sententia expenditur.
- 56 Concordia remittitur.
- 57 Ampliatio extenditur etiam ad contractum emphyteusis.
- 58 Adducuntur fundamenta pro hac sententia.
- 59 Contraria sententia ostenditur.
- 60 Emphyteusis contractus est stricti juris.
- 61 Pensio, qua soluitur in emphytus, non persoluitur pro pretio, neque pro mercede, sed soluitur in recognitionem dominij directe.
- 62 Prior sententia admittitur.
- 63 Quid sit in censu resoluendum remissive.
- 64 Ampliatio superior procedit in re vendita per procuratorem.
- 65 Licet contrariam sententiam nonnulli defendant prima vera est.
- 66 Si debitor communis non erat primus emptor, sed possessor, creditores a re restituenda obligati manent.
- 67 Declaratur praecedens resolutio, quando tertius possessor, & sic debitor eommunis, emit rem iusto pretio, & ignorabat vitium, quo res vendita laborabat, quia tunc creditores rem restituere cogantur.
- 68 Hac declaratio subintelligitur, si primus emptor non sit soluendo, vel non potest a debito conueniri.
- 69 Et quando tertius habuit rem titulo lucrativo, vel alias iniusto.
- 70 Et quando idem tertius licet haberet rem titulo oneroso, & iusto pretio, scivit rem venditam faisse auctori suo cum lesionem.
- 71 Idem erit, si venditor seiret verum valorem rei venditae, quia presumitur remissione maiorem valorem.
- 72 Procedit etiam quando vendens expresse donat eam quantitatem, quae iusto pretio dimidium excedit.
- 73 Et quando grauatus est a testatore rem vendere, certo designato pretio.
- 74 Et quando interpositum fuerit iuramentum.
- 75 Et quando remedio lesionis renunciatum fuerit.
- 76 Declaratur nisi renunciatio facta fuerit a minore, rustico, aut femina.
- 77 Et si lapsus fuerit quadriennium, a die lesionis connumerandum.
- 78 Procedit siue agatur per viam actionis, siue etiam per viam exceptionis.
- 79 Res, per metum extorta rescissionis remedio, actione quod metus causa, in concursu creditorum resolutis hypothecis super ipsa contractis vendicatur.
- 80 Intelligitur, siue is, in cuius favorem contractus celebratus fuerit, metum intulerit, siue alius.
- 81 Quilibet metus non sufficit ad rescindendum contractus per metum celebratos, sed talis esse debet, qui cadat in constantem virum.
- 82 Quando dicatur metus cadere in constantem virum, ostenditur.
- 83 Creditores possunt repetere pretium rei, quae per metum fuit vendita.

De remedio lesionis ultra dimidiam iusti pretij, quod competit venditori aduersus creditores, quibus res vendita hypothecata proponitur: Et, Apposite res vendita sit restituenda quando delus venditioni causam dedit, vel venditor enormissime lreditur: Et, Vtrum si creditores potius velint supplere iustum pretium rei venditae fructus perceptos restituere cogantur: Et de alijs questionibus ad explicationem l. 2. C. rescind. venditione, et in l. 56. tit. 5. part. 5. eleganter differit, et plena manu hic disceptatur.

## AMPLIATIO QUINTA.



AMPLIATVR quinto, vius illud resolutuum, de quo in prefatione supraposita, procedat, & habeat locum aduersus creditores, quibus res vendita hypothecata proponitur. Nam si venditor remedium lesionis ultra dimidiā iusti pretij, de quo in l. 2. C. rescind. vend. in concursu creditorū intentauerit, res ipsa ab hypothecis libera ad ipsum metu

met venditorem redire debet, tradit Bald. in d.l.2. num.19. q.13. vbi Salicetus q.15. Paulus num.11. Cremensis num.18. post Alexandrum Alciatum, Negusantum, & alios. quos resert, & sequitur Pinellus in d.l.2.part.2.cap.3.num.11.eleganter Gut. in tractatu de gabellis, q.12. num.2. Mantica de tacitis, & ambiguis conventionibus lib.11. titul.31. ex numer.7. Hermosilla in l.67. titul.5. part.5. glossa 1. nu.8. & 9. Carroccius de locato titulo de usufruct. quest.52. pag.83. Noguerol. allegat.14. num.116. Garzia de hypotheca post contractum num.25.

Oppositum tamen tueruntur Bart. in l. si res ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, & in l.in diem. & ibi Cumamus, ff. de aqua pluuiia, Felicianus de censibus tom.1.lib.2. cap.4.num.14.Gregor.Lopez in d.l.56. verbo desamparar. Surd.decis.286.num.22. & in tractatu de alimentis tit.9. quest.42.num.10.Fulgos. in d.l. si res. Tiraquell. de retract. S.3. glossa 1. num.11. mouentur quia in hac specie emptor (alias creditores) rem venditam voluntarie restituere videtur, quippe quod eam supponendo, iustum pretium retinere libere posset.

Secundo, quia emptor in hoc casu actione personali duntaxat tenetur, creditor vero hypotheca reali rem venditam obstrictam esse intendit: igitur actio personalis reali tanquam posteriori cedere debet. I.eos, C. qui potiores pignori habeatur quo argumento contra Bald. vtitur Cum.in d.l.in diem. sequitur Fulg.in d.l.si res ex nu.1.

His tamen non obstantibus ab ampliacione non recedas. & ad primum fundamentum responde, quod restitutio quæ sit in predictis terminis, non potest dici, voluntaria, cum in ea agatur ex actione in iudicio, & sententia: quæ quidem omnis in iuitum dantur. l. inter stipulantem, S. sacram, ff. de verborum obligat. (illic) Iudicium autem etiam in initium redditur. nec actus voluntarius erit nuncupandus, ex quo datur necessitas etiam si ex duobus rebus alternatiæ debitibus electio conuento detur; vt ex Tiraquel. tradit Pinel. supra nu.13. in fine.

Ad secundum dic, quod tametsi actio realis posterior sit quam personalis, & illi cedere debeat: in hac tamen specie diuersum procedit, quia illa exponitur periculo ex dispositione iuris finito iure obligantibus ob causam anteriorem, vt probatur ex generalitate tex. in l. lex vectigali, ff. de pignoribus. sic Pinellus in loco supracitato num.15. quibus addi quod predictæ hypothecæ nedum resoluuntur quando res vendita in iudicio restitui iubetur, sed etiam si extra iudicialiter restituatur agnita bona fide per emptorem, Hermosil. in d.l.67. glos.1.nu.10.Surdus de alim.d. tit.9. quest.42. numer.23. Pinellus supra numer.18. Garzia num.27.

Hæc autem intelligenda sunt, nisi creditores potius velint supplere iustum pretium, iuxta terminos d.l.2. & in d.l.56. vbi emptori deci-

piensi hæc electio conceditur, tunc enim res ab eisdem retineri potest. Sed an hæc electio competat quando dolus dedit causam veditio- ni, an præside res restitui debeat, ut iliter in proposito hæsitari poterit.

In quo partem negatiuam quæ creditoribus aduersatur, tuerunt Egidius in l. ex hoc iure, 1. part.cap.8. num.103. & est gloss. communi- ter recepta in l. penult. C. si vendito pigno. fa- tetur, post alios vulgatissimam, & receptissimam sententiam Pinel. in d.l.2. part.2.cap.2.num.13. vbi Cagnolus à num.17. affirmit communem apud utriusque iuris professores. Berous in c. cum dilecti de empt. & vendit. num.57. quo- rum potissimum fundamentum in eo inniti vi- detur. Etenim quando dolus venditioni cau- sam præsttit, nulla remanet venditio, quem- admodum & cæteræ bonæ fidei conventiones, vt probat tex. in l. & eleganter, ff. de dolo, vbi glossa magna, & magistralis hoc tradit in om- nibus bonæ fidei conventionibus. subscribunt Bart. illic num.4. quo loco ait, ( mihi videtur quod glossa nostra dicat puram veritatem ) glossa in l. si dolo. 5. iuncto text. ibi, C. rescin- denda vendit. glos. verbo, deceptione in d. cap. cū dilecti, Padilla in d.l.2. num.6. & ibi Pinell. cap.2.part.2.numer.11. Felicianus de censibus lib.1.cap.3.nu.8. Molina lib.2. de primogenijs, cap.3.num.14. Zeuallos comm.lib.1. quest.226. num.1. Gama decis.289. Gail. lib.2. pract. ob- seruat 2. num.6. Sarmien. selectarum lib.3. à princip. Gom. tom.2. var. cap.2.num.21. Egidius d loco num.93. Couar. lib.2.var. cap.4. num.11. in fine & in regula possessor.2.part. S.6.num.6. Valasc. de iure emphyt. quest.5.num.9. Molin. de iustitia, & iur. disput.352. nu.7. Dom. Pre- ses Valenzuela Velasquez conf.180. num.34. Cum ergo in hac specie venditio nulla sit, pro- culdubio transire videtur, vt res præcisè per creditores restituenda sit; ita vt electioni, de qua in d.l.2. locus non fiat; cum iure receptis- sum fit, electionem nunquam dari in qua- dam re præcisè, sed saltē inter duo, argum. tex. in l. si fundus, S. eleganter, ff. de lege com- missoria.

Oppositum tamen, & sic in favorem credi- torum, expendi potest, quod in predictis ter- minis venditio valida est, atque ita prædictæ electioni locus esse poterit, cui faciat tex. in l. Julianus, s. si venditor. & s. per contrarium, ff. actionibus empti. quibus in locis actio ex empto, vel vendito, tribuitur, quantuncun- que dolus in contractu interuenierit. adde tex. in l.12.tit.5.part.5. sed actiones ex empto, & vendito, ex contractu inualido competit, vt voluit Bart. in d.l. & eleganter num.7. Berous d. loco num.28. igitur contractus in predictis terminis sustinetur, & consequenter creditoribus electio competit.

Deinde prædictæ sententiæ suffragatur se- quens argumentum: Si in contractu emptionis, & venditionis interueniant substantialia requi- sita, quibus perficitur, hoc est, res, pretium, & consensus, de quibus in l.1. ff. de contrab. empt. l.1. ff. de pastis, S. pretium, institutis de emps.

empt. & vendit. Bald. in l. in vendentis, C. contrab. empt. num. 2. Egid. in l. ex hoc iure, cap. 8. num. 85. propter dolum, & sic causam extrinsecam, talis contractus nullitatis vitio subiacere non debet, argumento tex. in l. dolo, C. inutilibus (illic) Actio quidem nascitur. ) & in l. si quis cum aliter ff. de verborum obligatione quando vero dolus venditioni causam praestitit, causa extrinseca tantum interuenit: igitur nullum datur impedimentum, propter quod illius contractus validitas impediatur.

Neque negocium facessit ex aduerso pondere, quod cum per talem dolum consensus (si deficiat) defectum operetur; qui quidem sicut in venditione, sic & in ceteris contractibus, pro substantia desideratur. d. l. 1. vers. fin. ff. de contrahend. emptione. l. obligationum substantia, ff. de actione, & obligat. l. 1. ff. de pactis. Bald. in d. l. in vendentis, num. 2. ff. de contrabend. empt. Egid. d. cap. 8. num. 8. Valase. consult. 64. num. 5. Felician. de censibus lib. 1. cap. 1. num. 12. Miru videri non debet, si contractus nullus sit, & per consequens praedictae electioni locus fiat. Argumentum namque defendes, si perconteris quare & quomodo dolus in contractu stricti iuris talem effectum non operetur, neque item per illum deficiat consensus, cuius tamen defectus talis est, ut sine eo nulla penitus conuentio sustineri valeat, ut probant iura paulo ante adducta. Vnde si verum est, quod dolus in contractibus stricti iuris non impedit quomodo iure valeant, ita ut in eisdem consensus defectus non operetur; cur in contractibus bonae fidei eundem effectum operari non debet? Igitur pafati argumenti vis non tollitur,

Tandem praedictam sententiam efficaciter probat d. l. si dolo, si in vera & propria significacione accipiatur verbum illud rescindi, quod sanè actus validitatem supponit, argumento l. 2. cum multis similibus, ff. de iniusto rupio. & hanc sententiam, videlicet, quod per dolum, dantem causam contractui bonae fidei, contractus non irritetur, tradunt Petrus & Ultramontani, quorum meminit Bart. in l. sub praetextu, C. de transact. Berous ubi proxime. Igitur in hac specie praedictae electioni locus aperitur, & consequenter creditores ius suum, supplendo pretium, tueri poterant,

At non est recedendum à priori sententia: pro cuius vera resolutione, & predictorum concordia notare oportet, quod dolus malus, est calliditas, seu machinatio fraudolenta, ad circumueniendum alterum adhibita; meminit huius definitionis Vlpianus in l. 1. s. 1. ff. de dolo. Egid. d. cap. 8. num. 95. Fagundez de iustitia lib. 1. cap. 3. num. 1. Dixi, malus, ad differentiam alterius dolii, qui bonas etiam dicitur; qui quidem ille est, qui citra ullum mendacium iustis cauillationibus ad aliquid bonum principaliiter exercetur, de quo exempla habentur in cap. afferte, de presumt. cap. veniens, ubi glossa de conuersione coniugatorum, notant Siluest. verbo culpa, num. 1. Fagund. de iustit. lib. 1.

cap. 3. num. 1. Dolus malus, vel est formalis, formalem scilicet comprehendens machinationem, & deformitatem: vel materialis, seu re ipsa contingens citra machinationem formalis in malum finem adhibitam, tradunt Suarez de iuramento cap. 10. n. 2. Fagund. d. loco. n. 2 cui quidem dolo lex solummodo succurrit, quando quis deceptus fuit laesione intra dimidiem iusti pretij, iuxta text. dicta l. 2. & in d. l. 56.

In eo verò, in quo formalis machinatio deprehenditur, distinguere oportet. Vel enim venditioni causam praestitit, vel incidens fuit in contractum. In priori subdistinguendum erit; vel enim circa substantialia versatur; vel circa accidentalia. Si in substantialibus detur, ex natura rei actum vitiatur, quia scilicet actus, seu contractus neque per momentum subsistere potest sine sua substantia. l. Julianus, §. si quis rem (illic) mutata forma, ff. ad exhibendum, iuncto text. in l. 1. §. 1. (illic) quasi nunc datum, ff. delegat. 3. & in l. inter stipulantes, §. sacram, ff. de verborum obligat. quibus iuribus habetur, quod defectus in substantia sic annullat actum, ut nunquam conualescere dicatur, etiamsi res perueniat ad casum, à quo incipere poterat, notant Molina de iustitia tom. 1. d. sp. 259. Bonacina de contractibus in genere disput. 3. quæst. 1. punct. 2. §. 1. Fagund. d. tract. de iustitia lib. 1. cap. 3. num. 5. Lessius de iustitia tom. 1. lib. 2. cap. 17. dub. 5. nu. 27. Sanchez de matrimon. lib. 2. disput. 18. nu. 22. & disput. 36 num. 3. Quapropter si in specie huius ampliationis aliquis emere intendat fundum Toletanum, alias vero per dolum vendat fundum Hispanum, venditio nulla iudicatur, quia dolus datur in substantia, ut tenent modo citati. Non sic dicendum, si dolus circa accidentalia versetur: nam si respiciat accidentia, quæ de necessitate ad actum non desiderantur, contractus sustinetur, l. si in emptione 34. ff. de contrabenda empt. Molina supra disp. 351. §. illud Bonacina d. loco disp. 3. art. 1. punct. 1. §. 9. num. 3. Mantica de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 9. Fagundez de iustitia lib. 1. cap. 3. nu. 11. intelligendo tamen, ni contractus bonae fidei dentur; quia in illis si dolus causam contractui dederit, etiam in accidentalibus nullius sunt momenti, l. 3. ff. pro socios, cum similibus.

Diuersum procedit in stricti iuris conventionibus: quia si dolus eis causam dederit, merito iure sustinentur, quanquam dolii exceptione rescindantur. l. si quis cum aliter, ff. de verborum, l. dolo, C. de inutilibus stipulat. Rationem discriminis in eo positam esse tradit Bald. ib. cap. 1. de plus petitionibus, quia contractus stricti iuris à iure ciuili inuenti reperiuntur; vnde cum ab eo iure auctoritatem, & efficaciam recipiant, cum tantum consensum desiderant ad ipsorum validitatem, qui præstatur iuxta ea quæ à partibus exprimuntur. At vero in contractibus bonae fidei contrariū seruatur: nam cum à iure gentium descendat, talem consensum desiderant, qualēm æquitas ab

# Regula prima Ampliatio quinta

105

ab illo iure introducta exposcit; quod profecto nullam dolosam, vel meticulosam coactio-  
nem admittit, usque adeo, ut etiam iuramento  
huiusmodi contractum non firmari, ex Padilla  
in d.l.2. voluerit Gutierrez de iuramento con-  
firmatoria, 1.part. cap.37. num.12. subscribat  
Egidius in d.l. ex hoc iure, 2.part. cap.12. differ-  
rent. 3.num.6.

Si vero dolus in contractum inciderit, qui  
tunc in contractum cadere dicitur, quando  
ex contrahentibus alterum contrahere parat, ac  
volentem, in re, vel pretio fallaciter laedit,  
ut in l. si quis affirmauerit, & ibi glossa, ff. de  
dolo. d.l. Julianus, s. si venditor, tunc con-  
tractus, seu venditio sustinetur, laesioque ex eo  
dolo sequuta, per actionem ex eodem contra-  
ctu resarcitur, seu reparatur. d. s. si venditor,  
ita glossa magna communiter recepta in d.l.  
& eleganter tradit Abbas, & Canonista in  
d. cap. cum dilecti, Cognitio supra num. 11. Man-  
tica de tacitis, & ambiguis lib. 1. tit. 9. num. 90.  
Menochius de arbitrariis casu 398. num. 19.  
Egid. d. cap. 8. num. 102. communis ex Gom. 2.  
tom. var. cap. 2. num. 21. Molina de iustitia  
disput. 352. conclus. 4. Cagnolus in d.l. 2. n. 16.  
C. rescind. Ratio praedictæ resolutionis in eo  
consistit, quia per huiusmodi dolum non tol-  
litur consensus contrahentium circa substan-  
tiæ, sed circa accidentia, seu qualitates ma-  
ioris, seu minoris pretij; & sic non ut vende-  
retur, sed ut minori pretio distraheretur, vel ut  
res vitiæ acciperetur; ac subinde nulla ratio  
suadere potest, ob quam contractus, in quo  
substantialia non deficiunt, irritus maneat; at-  
que ita solummodo agi potest ad reparandam  
laesionem actione ex eodem contractu, d.l. si  
quis affirmauerit, quamvis enim dolus ille in-  
voluat conditionem, sine qua actus non fieret,  
cum tamen non sit causa proxima, & immedia-  
ta, idcirco contractus sustinetur.

Ex qua resolutione colliges differentiam in-  
ter dolum circa accidentalia contractus, & in-  
ter illum, qui substantialiam respicit; ita ut ille  
sustineri debeat, hic vero nullum effectum pro-  
ducere possit. Ratio differentiæ constat ex  
supra resolutis circa unum, & alterum dolum;  
quia scilicet iste respicit substantialiam, sine qua  
actus nec per momentum subsistere potest; ille  
vero accidentalia, quæ de necessitate ad actus  
validitatem minime desiderantur, ut sat euin-  
cunt text. in dicta l. Julianus, s. si quis rem-  
& in dicta l. si in emptione, & notant Bonac-  
cina, Fagundez, Sanchez, Mantica, & alii  
supra citati.

Vnde ex praedictis etiam consequitur alia  
notabilis differentia in dolo dante causam  
contractui; quando scilicet circa accidentia,  
vel circa substantialiam illius versatur; quo  
casu, saltem ille, qui bona fidei fuerit (ut su-  
pra diximus) nullus redditur: nam si acci-  
dentialia respiciat, & laesus voluerit, ut potius  
contractus sustineatur, valebit quidem in odiū  
dolosi, quia tunc cessat æquitatis ratio, qua  
illius contractus nullitas fuit inducta: patet,  
quia nullitas hæc æquitate suadet, & dolum

passi causa, & fauore introducta fuit: sane  
quod alicuius fauore introductum est, in illius  
odium retrorqueri non debet, cap. quod ob gra-  
tiam. de regul. iuris in sexto. Igitur nullitas  
hæc à voluntate dolum passi pendere debet,  
quemadmodum & pendet venditio facta sub  
pacto legis commissoria à voluntate vendito-  
ris, l. si fundus, s. i. l. post diem, ff. de lege com-  
missoria, quam sententiam in præfata specie  
tenuit glossa in d.l. & eleganter, cui ibidem  
subscribit Bart. num. 6. sequuntur Rebellois de  
obligat iustitiae lib. 1. par. 3. quæst. 6. num. . .  
Egid. supra numer. 96. Molina disputat. 259.  
num. 3. Mansica lib. 1. titul. 9. num. 23. cito-  
tis locis.

21 Ex quibus etiam communiter inferri solet  
declaratio ad titulum, C. si vendito pignore  
agatur: ut dato casu, quo debitor laesus possit  
reuocare addictionem pignoris, maneat in il-  
lius electione, vel petere satisfactionem dam-  
ni, vel aduersus addictionem venire, ut probat  
text. in l. penult. C. si vendito pignore. subscri-  
bit Rebellois in in tit. de literar. obligat. art. 5.  
glossa 6, qui in id expendit legem, si ex causa,  
ff. de appellat. licet perperam ab eo dissentire  
videatur Azeued. in l. fin. tit. 2. lib. 4. recopilat.  
num. 139. addel. 1. 12. tit. 3. part. 5. & l. 47. tit. 15.  
part 3.

22 Circa quæ obiter aduentendum est, quod  
fraus, quæ committitur in pretio pignoris ven-  
diti, aliquando potest prouenire ex parte vê-  
dentis, & ementis; aliquando vero ex parte  
emptoris tantum; aliquando denuo solum ex  
parte vendentis. In priori casu distinguendū  
est inter pignus venditum à priuato, & illud  
quod à fisco creditore venditum proponitur:  
priori membro debitor laesus poterit agere ad-  
uersus ementem, seu vendentem, qui de fra-  
ude participauerit, d.l. penalt. C. si vendito pi-  
gnore. dum tamen seruetur ordo præscriptus à  
l. 1. in 2. responso, G. illo titulo, quasi prius  
venditor debeat conueniri, & poste a emptor  
doli particeps, ita glossa in d.l. penult verbo  
possessionem, quem sequitur Negus. de pigno-  
ribus, 6. part. membr. 1. num. 26. Cagnolus in d.  
l. 2. num. 211. vbi Pinellus 2 part. cap. 2. num. 3.  
Cald. de extinct. cap. 4. num. 7. nouissime Anto-  
de Nigris in tractatu de subhaftat. cap. 8. §. 3.  
num. 2.

In secundo membro huius distinctionis,  
quando scilicet pignus venditam fuit per fiscum  
creditoris, resoluendum est, nequaquam ordi-  
nem prioritatis seruandum esse, sed electionem  
laeso, & sic debitori, dandam esse utrum malit  
eligere, vel aduersus officia emerit, vel  
alias agere contra empitorem qui per fraudem  
emit, de quo vide Barbosam in l. 1. C. præscript.  
30. vel 40. annorum, num. 69. Anton. de Ni-  
gris vbi supra.

In secundo casu, quo dolum ex parte em-  
ptoris prouenire diximus, venditio pignoris fa-  
cta à fisco reuocatur, ut probat text. in l. 1. C.  
de pradijs decurionum. Nam licet text. ille  
loquatur in emptione illius, qui mala fide pi-  
gnus emit à fisco, idem tamen admittenda  
erit

erit in quacunque pignoris venditione facta à priuato, ut deducitur ex tex. in d. l. 1. C. si vendit. pign. quia qui à priuato creditore mala fide 23 emit, emit à non domino interveniente dolo emptoris, quo casu reuocatur venditio; & ita nil speciale proponit text. ille in fisco, ut colligitur ex l. empto, ff. de rei vendicat. nec subinde competit actio aduersus venditorem, qui bona fide vendidit, ut deducitur ex toto titulo, C. si vendito. Idemque erit dicendum, si quis venderet tanquam creditor; qui a actio euictio- nis pro pretio aduersus ipsum non competit, ut per totum titulum, C. creditorem euict. pign. l. cum ea, S. I. ff. de euict. resolut. Faber de erro- ribus pragmat. decad. 1. errore 10. licet con- trarium iudicatum dicat Dominus Ioannes Ba- ptista de Larrea decis. 75. num. 7. subscribit Guzman de euictionibus, q. 47. nu. 19.

In tertio casu adhuc distinguendum est inter venditionem factam à priuato; & illam, qua fit à fisco. Priori membro, si dolus ex parte vendentis descendat, cuius tamen emptor particeps non fuit, ut euenit in terminis text. in l. qui fundum, ff. pro emptore; tunc pignoris additio non reuocatur; sed aduersus venditorem latus agere poterit ut sibi resarciantur damnum inde proueniens, ut colligitur ex d. l. 1. in primo responso, C. si vendito pignore, glossa in d. l. 1. verbo inferenti. Anton. de Nigris d. S. 3. num. 9. In secundo membro distinctionis aliter se res habet: etenim licet emptor fraudé non commiserit, sed solū venditor, qui per dolum gratiam in pretio facere voluit, venditio in totum reuocatur, quia in totum nulla est, ut probat text. in l. 2. C. de fide instrumen. glossa verbo, fraude, in d. l. 1. ubi Bart. num. 8. Platea num. 5. Quibus adde, quod facta secunda lici- tatione, ex augmento pretij, prima resoluitur, & dominium ad debitorem reddit ante addi- tionem factam, ita Barbosa in l. diuortio 2. p. in princ. num. 89. Capic. decis 36. num. 3. Do- minus Ioannes Baptista de Larrea decis. Gran. 76. num. 14.

24. Quod si dolus in specie superiorius posita ven- ditioni causam præbens circa substantialia ver- setur contractus etiam, volente eo, in cuius fa- tuorem nullitas emanauit, nullo modo sustine- ri potest. Ratio est, quia, ut alibi diximus, nullus consensus potens est validum efficere con- tractum, in quo aliquid substantiale defuerit, propter contradictionis implicationem, qua ibidem inuoluitur: quinimo, si ex postfacto ra- tificatio, seu nouus consensus interueniat, con- tractus ille prout ex nunc effectum operari debet, nullo habito respectu ad id quod præcessit, ut probat text. in l. 1. S. 1. (illic) quasi nunc da- tum, ff. de legat. 3. l. inter stipulantem, S. sa- cram, ff. de verborum. expendit Cald. de ex- tinct. cap. 10. num. 55. iunctis traditis per Ca- strum decis. Lusitan. 36. numer. 4. decis. Dolan. 105. numer. 10. Anton. Fabr. in rationali ad legem, rem alienam, ff. de pignorat. act. Dom. Præsidem Valenzuela conf. 177. num. 66. Quæ quidem ratio minime reperitur quando cōtra- ctus fuit nullus, non propter defectum substan-

tia, sed ex alio capite; vel circa accidentalia, quia tunc non tollit quin is, in cuius fauorem nullitas emanauit, eidem renunciēt, ut supra resoluiti.

Quibus sic perotatis, in contrarium adducta nihil officiunt. Non primum, ex text. in d. S. si venditor. Dupliciter namque responderetur: pri- mō, quod text. ille loquitur de dolo dante cau- 25 sam contractui, accidentia illius non vero sub- stantiam respiciēt, iuxta differentiam superius tactam; cuius validitas ex voluntate dolum passi pendet ex supra resolutis: ac proinde in terminis illius tex. data contractus validitate, cuius nullitas in fauorem latus, æquitate suadēte, fuerat introducta, merito emptori datur electio ad agendum actione ex empto, hoc est, ad resarcendum damnum, si potius ei intersit: Sed hoc nō tollit buin etiam de nullitate agat, si potius malit eam in iudicium deducere. Ex qua explicazione colliges intellectum ad legem rem alienam, ff. de contrabenda. quatenus illic deciditur rei alienæ venditionem va- lidam esse, licet alias in præiudicium dominii nulla sit, ut eam legitimè vendicare possit: ex eo enim illic deciditur validam esse vendi- tionem quoad præiudicium vendentis, quia ro- euicta per dominum, tenetur de euictione; item quo ad præstandam causam usucapiēdi empto- ri, l. clavibus, ff. eodem titul. l. 2. C. rebus alie- nis, explicat Barbosa in l. quæ dotis, ff. solut. matrim. numer. 161. Vel secundo responde, quod text. ille loquitur de dolo incidente in contractu, qui potens non est ad vitandos cō- tractus bonæ fidei. Quæ tamen explicatio li- cet communis sit, confundi videtur ex text. (illic) ut sibi ea venderetur persua sit) atque ita aperte sentire videtur in prædictis dolum ven- ditioni causam præstitisse.

Ad secundum concedens maiorem, negabis minorem: nam dato dolo in contractibus bonæ fidei, si eisdem causa præstetur, adest defec- tus in consensu, quem sanè ius gentium, & natura conuentionis desiderat, ut supra tetigimus: quare dato defectu in cōsensu, iure opti- mo irritatur. Diuersum seruatur in conuentio- 26. nibus stricti iuris, in quibus etiam dolis ad- sit, consensus non deficit, si ad illius naturam, & dispositionem iuris ciuilis attendamus. Ad ea vero, quæ in illo argumento replicauimus, patet solutio propter diuersam consensus qua- litatem, quæ in illis conuentionibus requiri- tur, ad text. in d. l. dolo, & in dicta l. si quis, eum aliter dici loqui in stipulatione quæ stricti iuris est.

Ad ultimum, ex text. in d. l. si dolo, respon- de, verbum rescindi, de quo illic, intelligendū esse de facto, iuxta glossam in eod. verba communiter receptam per citatos.

Liquet igitur ex hactenus dictis quod cum 27 contractus emptionis, & venditionis, cui do- lus causam præstitit, nullus sit, vtique credi- tores, qui a communi debitore causam habēt, præcisē rem restituere cogendos esse, nec elec- tionem habere, de qua in d. l. 2. Quod etiam admittendum erit, si latus enormissima in vē- di-

# Regula prima Ampliatio quinta

107

28 ditione interuenisset: nam cum in ea præsumatur dolum re ipsa interuenisse, l. si superste-  
te, C. de dolo. & per consequens nulla remaneat venditio, iuxta supra resoluta, & expre-  
sè tenent Cabed. 1. par.. decis. 37. num. 5. Mol-  
ina lib. 2. de primogeniis cap. 3. numer. 18. Dom.  
Ioannes Baptista Valenzuela cons. 148. nu. 68.  
Gama decis. 66. numer. 3. Gregor. Lopez in d. l.  
56. in glossa fin. Egid. in d. l. ex hoc iure, c. 8.  
num. 107 Gab. Petr. de Castro decis. 19. nu. 3.  
merito electio creditoribus denegabitur. Id  
29 ipsum in re habita à minore dicendum erit:  
quia præcisè res cum fructibus restituenda est,  
cum restitutio illud habeat intrinsecū, vt rem  
reponat in pristinum statum, in quo erat ante-  
quam celebraretur contractus, l. quod si minor,  
S. restitutio, ff. de minoribus, Pinellus in d.  
l. 2. 3 part. cap. 1. num. 21. Paulus in d.. l. quod  
si minor. Fagundez de iustitia lib. 1. c. 12. n. 22.  
Gama decis. 212. Couar. lib. 1. variar. capit. 5.  
num. 11.

30 Vtrum vero creditores, si in præfata specie  
rem eligant restituere, iu casibus in quibus hæc  
electio eis à iure permittitur, fructus etiam, seu  
illorum valorem, medio tempore ab emptore,  
seu debitore, à quo causam habent perceptos,  
restituere teneantur; merito dubitari potest.  
In quo tres reperio Doctorum præcipuas sen-  
tentias.

Prima sententia docuit, emptorem, alias  
creditores, in præfatisterninis fructus resti-  
31 tuere non teneri. Hanc tenavit Padilla in d. l.  
2. num. 11. quo loco communem profitetur, &  
in praxi receptam: & quod tametsi contraria  
opinio in punto iuris superior videatur, nihil  
minus tamen hanc tanquam equiorem, fori  
praxis admisit. sequuntur Guttier. lib. 2. practi-  
carum, quæst. 134. num. 1. vbi aduersus contra-  
rium tenentes hanc partem magis probat Ze-  
nallo comm. quæst. 763. num. 1. plures quos re-  
fert, & sequitur Pinellus in d. l. 2. part. 2. cap. 4.  
num. 1. vbi ex alijs fatetur hanc partem receptā,  
& in praxi sèpius eam obseruari. vidisse Cald.  
de potestate eligendi, cap. 4. num. 10. Gama  
decisione 94. num. 2. Pater Rebello de obliga-  
tionibus iustitia 2. part. lib. 5. quæst. 16. se-  
tione 2. à num. 16. Brito 2. part. rubrica de  
locato, S. 2. numer. 38. Gom. sibi contrarius 2.  
tom. variar. cap. 2 num. 24. Egidius in d. l. ex  
hoc iure, cap. 8. numer. 114. Parladorus lib. 2.  
rerum quotidianarum, cap. fin. 5. part. S. 16.  
num. 11.

32 Dicitur hæc sententia primo ex notissimo  
iuris principio, quo cauetur, fructus ad eum  
pertinere, qui dominus est, l. certum, C. rei ven-  
dicacione, S. ex diverso, S. si quis à non domino  
institut. de rerum diuisione. In hac autem  
specie nemo inficiabitur, illum, cui res fuit tra-  
dita, virtute contractus ad transferendum do-  
minium habilis, eiusdem rei dominum esse;  
quamuis læsio ultra dimidiam interueniat,  
quæ non ponit defectum in substantia, sed tâ-  
tum iniustitiam arguit circa estimationem  
rei de qua agitur. Ergo probatur intentum.

in fauorem emptoris, & consequenter credi-  
torum.

Secundo, præfata sententia suadetur ex re-  
33 gula à Iureconsulto tradita in l. bona fidei, in  
princ. ff. de acquirendo rerum. qua cauetur bona  
fidei possessorem, etiam ex re aliena fructus  
suos facere, subscribunt glossa verbo eos, in l.  
emptor, ff. de rei vendicat. glossa 4. in l. diuer-  
so eodem tit. iunctis traditis per Pinellum  
d. cap. 4. à num. 54. Couar. i. var. cap. 3. num. 6.  
Gom. in l. 45. Tauri num. 106. Inficiari au-  
tem non potest, emptorem, qui sine dolo rem  
emit, saltem in eo casu quo probabiliter igno-  
rare potuit verum rei valorem, possessorem esse  
cum titulo, & bona fide; quanquam in emptione  
ultra dimidiam læsio contingat: igitur à re-  
stitutione fructuum emptor, & sic creditores  
excusari debent.

34 Tertiò, eandem sententiam facit efficax ar-  
gumentum: Quando emptor ex pacto præ-  
cedenti rem restituere cogitur, saltem mora-  
non commissa, ad fructuum restitutionem ne-  
quaquam astringitur; à fortiori igitur eisdem  
restituere non tenetur is, qui citra ullam obli-  
gationem eligit rem restituere. Constat ante-  
cedens ex l. 2. C. pactis inter emptorem.

Tandem prædictis suffragatur, quod praxis  
35 hanc partem recepisse videtur, vt testatur Pi-  
nellus proximè num. 2: quæ quidem apud su-  
prema, & inferiora tribunalia sic inualuit, vt  
ab ea amplius recedi non liceat, argumento  
text in l. filius. 14 (illic) sic inueui senatum  
censuisse, ff. de falsis, l. 1. C. que sit longa cō-  
suetudo, l. nam Imperator, ff. de legibus, l. 1.  
ad finem, ff. ad Sillanianum, l. 3. C. aedificiis  
priuatis. Atque ita, cum hæc sententia, &  
praxis sic in prædictis tribunalibus recepta  
sit, dubitari non potest veritate, & æquitate  
fulciri, & eam ubique seruandam, vt tradit D.  
Castillo controvers. tom. 5. cap. 89. num. 5. sub-  
scribit Dominus Ioannes Baptista de Larrea  
decis. 33. num. 10. Flores de Mena in addit. ad  
Gam. decis. 228. Gregor. Lopez in l. 1. tit. 1. part.  
1. gloss. 2.

36 Secunda sententia præfatæ penitus contra-  
ria est, atque ita, vt facta electione res cum  
fructibus restituenda sit. Pro qua ponderati  
solet, quod fructus veniunt quoties peto id  
quod fuit meum, iuxta text. in l. videamus, S. si  
actione, ff. de usuris, iunctis traditis per Soc-  
37 cinum in l. pacta quæ contra, C. de pactis,  
num. 3. hic autem venditor, dum propter læ-  
sionem intendit rem recuperare, petit rem que  
fuit sua, & ex consequenti rei natura postulat,  
vt fructus insimul recuperet, prout est de natu-  
ra intrinseca restitucionis, d. l. quod si minor.  
Igitur emptor, seu alias creditores, fructus re-  
stituere tenentur.

38 Secundo, in fauorem huius sententiae sic ar-  
guiri potest. Si ex causa de præterito, quæ alias  
ab initio in heret, eo tempore quo veditio fuit  
celebrata, illa forte rescinditur, fructus, quos  
emptor recepit restituere cogitur: inficiari au-  
tem non potest, quod si remedium læsionis in-

tentetur , & venditio rescindatur , ex causa de præterito proueniat : igitur fructus , quos emptor ab eo tempore recepit , à fortiori restituere tenebitur . Maior huius argumenti constat ex l. Imperator 12. ff. de in diem addict. l. legge , ff. de lege commissoria , l. quod si nolis , in fin. ff. de adilitio editio . Minor patet . Igitur .

39 Tertio hanc partem efficaciter probare videtur text. in l. i. C. si maior factus ratam habuerit (illic) possessionem cum fructibus restituere . pungit Zevallos comm. q. 336. nn. 17. & illum text. ad hoc incognitum dicit Costa in l. Gallus, §. & quid si tantum, 2. part. à nu. 74. qui ibidem in hanc sententiā considerat differentiā inter restitutionem gratiæ & iustitiæ ita ut licet regulariter in restitutione gratiæ fructus non veniant , secundum communem , quam ibi citat Costa , & in id ponderat cap. ad nostrā de rebus Ecclesiæ . in restitutione tamen iustitiæ utique venire debent , vt sic in integrum fiat restitutio , d. l. videamus , §. in Fauiana , ff. de usuris . planè restitutio quæ descendit ex remedio d. l. 2. de iustitia est : Igitur in ea fructus venire debent . Propter quæ & alia fundamenta , quæ videre licet ex citandis , hanc sententiam tuentur plures , quos citat Zevallos supra num. 17. Matiens. in l. i. tit. 1. lib. 3. recop. glos. 5. nu. 11. Couar. lib. 2. var. cap. 3. nu. 9. Garzia de nobilitate , gloss. 6. §. 1. num. 8. Costa d. loco num. 91. Menchaca illustrum , cap. 38. num. 1. & cap. 71. num. 2. Gom. in l. 70. Tauri , num. 29.

40 Tertio loco alij nec vnam , nec aliam ex supradictis admittentes , in eam sententiam abidere : vt scilicet distinguendum sit inter fructus perceptos , qui pro rata respondeant pretio , quod plus estimationis res vendita habebat : & inter eos qui pretio recepto adquantur ; atque ita , vt priores emptor restituere cogatur , si forte rem restituere eligat , posteriores vero nequaquam : ex eo quia isti trahi debent , & compensari iuxta interesse de quo in l. curabit . C. actionibus empti . Quam distinctionem admittere videretur . Matiens. in d. glossa 5. num. 15. vbi dicit quod si casus eueniret , sic ipse iudicaret . Berous in d. cap. cum dilecti , num. vlt. Gattier. d. quæst. 134. in fine . Zevallos quest. 336. num. 17. Gregor. in d. l. 56. glossa desamparar . Pinellus d. cap. 4. num. 3. pro quibus ponderari possunt quæ contra alios tradit Menchaca illustrum cap. 58. num. 1. quo loco ait , quod si facta per patrem donatione inofficiosa , quæ alias propter inofficiositatis vitium reuocari debet , restitutio illa cum fructibus , qui respondeant ei quantitati , ob quam inofficiosa exitit , peragenda erit , argument. text. in l. ultim. §. ultim. ff. de fundo dotali .

42 Ex quibus omnibus constat præfatam questionem dubiam , & ancipitem reddit: tu vero sententiam negatiuam , quæ habet , fructus venditori nequaquam restituendos , sequere: quia magis communis est , & solidioribus iu-

ris nititur fundamentis : & in nostra specie si casus eugenit , in fauorem creditorum consule , & iudica . Si vero posteriorem sequi malueris , ad argumenta in contrarium adducta , responde cum Pinello , Brito , & Gut. d. locis , & melius cum Zevallos quest. 762. ex. nu. 32. quod si enormissima læsio in iudicium ducatur , tunc per creditores res præcisè cum fructibus tradenda erit ; dum tamen eisdem solvatur interesse , & usurpæ pretij , in terminis d. l. curabit , quod praxis hodierna frequenter admittit apud regios conuentus , & cætera regni tribunalia , de quo vide Cabed. Dom. Ioannem Baptis. Valenzuela , Egid. Castrum , Gam. & alios , de quibus supra num. 18. apud quos absolutissimum est , ex enormissima læsione contractum nullum reddi , & pet consequens planum sit fructus tanquam ex re aliena comparatos , præcisè restituendos fore , iux regulam tex. in l. fructus ff. rei vendic. l. cum manufata , s. silua , ff. contrab. empt.

43 His sic præhabitibus , & constitutis , ad explicationem nostræ ampliationis , iam illam extendes procedere , quantumcumque proponatur res vendita iudicis decreto & autoritate interueniente , adhuc enim resolutis hypothecis causa venditoris præualere debet . Hac resolutio probatur ex doctrina Imola in l. si quis cum aliter , ff. de verborum obligat. vbi Roman. Alexand. Trentacing 3. variarum , titulo de empt. & vendit. resolut. 3. num. 9. Pinel. in d. l. 2. part. 2. cap. 2. num. 18. & 15. plures citat Matiensus in d. l. glossa 9. numer. 3. vbi hanc opinionem iure regio probari affirmat . Gom. qui hanc partem veram esse , & communem profitetur tom. 2. variarum , cap. 2. n. 21. Padilla in d. l. 2. nu. 36. plures refert & sequitur Zevallos vbi supra q. 172. in princ.

44 Dicitur hæc opinio ex text. in l. 2. C. de fide instrumentorum , & iure bastæ fiscalis lib. 10. vbi venditio , quæ sine decreto fieri non potest , per text. in l. 2. C. si proper publicas penititationes , tamen rescinditur ob pretij exiguitatem .

45 Secundo ex eo probatur: nam ex opinione contraria sequeretur , quod vbi venditio esset facta cum decreto iudicis , hac ratione attenta impeditur restitutio in integrum : consequens est falsum iuxta text. in l. tutor , ff. de minoribus , l. final. C. de fidei usq. minor. l. si quidem . C. de prædijs minorum : ergo , & antecedens .

46 Tertio , quia si vera non esset hæc sententia , sequeretur etiam aliud absurdum ; nempe , quod Ecclesia , cuius bona sine decreto alienari non possunt , non haberet huiusmodi remedium , contra tex. expressum in o. cum dilecti de empt. & vend.

47 Tandem hæc resolutio comprobatur ex text. in d. l. 1. titul. l. lib. 5. recopilat. in fine . vbi venditioni factæ in publica subhastatione , hoc remedium conceditur : ergo idem erit in venditione facta , iudicis decreto interueniente ,

# Regula prima Ampliatio quinta ab 109.

48 Oppositum tamen defendant Bart. in d. l. 1. C. de prædijs decurionum . sequuntur Angelus l. 1. C. præscriptione 30. vel 40. annorum , Paulus Castrensis in d. l. 2. C. rescind. vendit. col. 2. Soccinus regula 436. Gab. comm. contra comm. lib. 3. tit. de emptione , & venditione , conclus. 1. num. 57. plures refert Zeuallos ubi proximè numer. 2. Gregorius Lopez in dicta l. 59. glossa à tal. post Curtium , Iasonem , & alios , quos citat Trentacing. d. resolutione 3. num. 5.

Mouentur predijs Doctores , quia per decreta Iudicis omnia præsumuntur solemniter facta , & ex iusta , & legitima causa illud præsumitur interpositum . Secundo ex text. in d. l. 1. C. de prædijs decurion. Quibus adde , quod decretum , fraudis , dolit , vel metus suspensionem excludit Grat. discept. forens. cap. 155. num. 15. & cap. 564. num. 22. Simoncell. de decretis lib. 3. tit. 7. nu. 45.

49 His tamen non obstantibus , à priori sententia non recedas . Et ad primum fundatum satisfacies , si dicas , quod ratio ilia non obstat : quia ipsa præsumptio excluditur per probationem in contrarium ; & sic , quando constat de pretio iniusto , & de lessione enormi ; nam tunc cessat præsumptio pro decreto .

Ad secundum vero ex d. l. 1. responde procedere nisi alias probetur latio , sed ea probata fecus erit , cum tunc constet de iniustitia iudicis , & eius decreti , quo casu cessat omnis præsumptio pro decreto , & ideo ex dicta præsumptione non remouetur probatio in contrarium , glossa per text. ibi in l. final. ff. quod metus causa Afflictis , & Surdus locis modo relatis .

50 Hęc tamen sententia limitanda erit , nisi emperor fuerit ad emendum compellus , & res insolutum ei fuerit adiudicata ; nam hęc venditio necessaria est non solum ex parte emporis , sed etiam ex parte venditoris . Hanc sententiam tenent Bald. Alexand. & Aretinus in l. si quis cum aliter , ff. de verborum obligat . Dueñas regula 187. casu 10. Alexand. Trentacing. d. resolut. 3. num. 13. plures pro hac parte refert , & sequitur Matiensus in l. 6. tit. 11. lib. 5. recopilat. glossa 1. num. 5. Flores de Mena in addit. ad Gom. decis. 40. Zeuallos quæst. 536. num. 4.

52 Si vero res simpliciter detur à creditore debitori in solutum , adhuc remedio legis 2. locus erit , quia datio ista in solutum voluntaria est , & vicem venditionis obtinet , iuxta text. in l. si prædium , C. evictiōnib. , & in l. & eleganter , ubi eam ad hoc expendunt Bart. Bald. Paulus Castrensis , C. de pignoratitia actione . Pinel. in d. l. 2. part. 1. cap. 4. num. 9. plures refert Trentacing. d. resolut. 3. num. 13. Matiensus in d. 4. 6. glossa 1. nu. 22.

53 Amplia secundo resolutionem , de qua supra , procedere in hypotheca constituta super re , quę communi debitori acquisita proponitur titulo diuisorio hereditatis , quia creditores ipsam refuso pretio restituere tenentur ; in ea enim remedio lessonis , de qua in d. l. 2. locus est , ut

probatur text. in l. maioribus , C. communia utriusque iudicij , ubi text. sic ait : Maioribus etiā per fraudem , vel per dolum , vel perperam sine iudicio factis diuisiōnibus solet subueniri , quia in bona fide iudicij , & quod inēqualiter factum esse constituerit in melius reformabit ) docet glos. in l. 3. C. illo titulo , communiter approbata secundum Cagnolum in d. l. 2. num. 59. & ibi Pinellus 2. part. c. 1. nu. 3. Bart. Bald. Alberic. Salicet . & alij in d. l. maioribus , Padilla in d. l. 2. num. 3. Valasc. de partitionibus , cap. 39. num. 10. Matiensus in d. l. 1. glos. 8. num. 3.

54 Extende hanc ampliationem procedere etiā in diuisione per sordes facta ; adhuc enim modo dicta locum obtinent Bald. in d. l. maioribus , num. 3.. plures relati per Tiraquellum de primogen. quæst 17. n. 93. Azeued. in l. 1. ubi Matiensus d. glossa 8. num. 4. Atora de partitionibus 3. part. q. 10. num. 15. post Francum , & alios , quos refert Pinellus supra 2. part. cap. 1. num. 5. ubi Padilla num 13. Trentacing. supra num. 2. & licet contrarium videatur probatur text. in l. d. si ie commisso , C. de transactiōnibus , subscribunt Bald. in l. cum Archimedoram. num. 3. ff. vt in possess. legat. Boerius decis. 147. num. 7. plures relati per Tiraquellum ubi supra , Gom. tom. 1. var. cap. 14. num. 4. in 56 fin. à priori sententia non recedas . Vide tamen concordiam Matiensi , & Pinel. locis proximè citatis .

57 Amplia tertio resolutionem principalem procedere in re quę in emphyteusim fuit concessa , quia adhuc creditorum causa venditori iuri cedet . Colligitur ex his , quę Speculator , sibi tamen contrarius in titulo de emphyteusi , num. 113. ubi expendit mentem d. l. 2. Berous in d. cap. cum dilecti , num. 81. ubi Abbas nu. 8. Burgen sis in cap. cum causa , de empt. & vendit. num. 10. Rebuffus 2. tom. ad leges Gallie , tit. de recessione contractus , glossa 5. art. unico. nu. 12. ubi saltem eo casu putat lessionem in hac specie locum habitarum , quando quis habito respectu ad valorem iuris emphyteutici ladeatur ultra dimidiam ; non vero si haberetur respectus ad directum dominium : communem fatetur Gom. in l. 68. Taur. num. 4 prope fin sequuntur Valasc. de iure emphyteut. q. 11. nu. 19. vers. sed quamvis. Pinel. in a. l. 2. par. 1. cap. 2. nu. vlt. ubi Padilla n. 28. Matiensus d. glossa 8. nu. 7. Capolla in tractatu de simulatione contractus , 1. casu .

Pro quibus expenditur primo , eandem dari omnino iniquitatem , siue quis in contractibus bona fidei decipiatur ultra dimidiam , siue in 58 stricti iuris conuentiōnibus : sat enim credere est Imperatorem in d. l. 2. magis exempli gratia , quo regula non restingitur , quām limitatiōne fuisse locutum ; eo maxime , quia appellatiōne venditionis latissime considerata , omnis alienatio comprehenditur , vt in l. statuliberis 29. ff. de statuliberis . Richardus in rubrica in stit. de empt. & vendit. numer. 16. Molina lib. 4. de primogenijs cap. 5. num. 16. Palatius in rubrica , §. 16. num. 9. Gom. in l. 40. Taur. num 80.

# 110 de priuil.credit.resolut.& extinct.iur.hyp.

num. 80. Cald. de emptione & vendit. capit. 8.  
num. 28.

Denique ponderatur alia opinio , quam se-  
quitur Valasc. d.q. 11. num. 6. dum ex alijs pu-  
tatur , quod si inueniatur thesaurus in fundo em-  
phyteutico , & facta illius computatione, læsio  
ultra dimidiā contingat , poterit dominus  
directus agere remedio dictæ l. 2. siue sciens ,  
siue ignorans de tali thesauro , fundum de-  
derit .

59 Contrarium tamen tenuit Speculator sub ti-  
tulo, de rescinden. §. nunc dicendum in secun-  
do numer. 14. sequitur Iason in l. 1. numer. 79.  
ad fin. C. de iure emphyteutico, Imola in dicto  
cap. cum dilecti , numer. 18. & plures alijs ,  
quos referunt Pinel. Padill. & Valasc. dictis  
locis .

60 Ducuntur ex eo præcipuo fundamento, quia  
emphyteusis est contractus stricti iuris, quippe  
quod iu s. actionum institut. de actionibus ,  
minime enumeratur : sanè in stricti iuris con-  
ventionibus locum habere nequit dispositio d.  
l.2. & ei concordantium, quæ cum à regulis iuri-  
ris communis exorbitet , & de emptione , &  
venditione dumtaxat agat, ad tam diuersos co-  
tractus in substantia, & ratione trahi non po-  
test : argumento l. quod vero, ff. de legibus, &  
in regula , quæ à iure, de regulis iuriis in-  
sesto. iunctis traditis per Gaium de credit.  
cap. 4. quæsito 5. nu. 54. Noguerol. alleg. 1. nu. 5.  
Carrasc. ad aliquas leges regni, cap. 11. nu. 15.  
Roder. de concurs. 1. part. art. 5. num. 10. Felic.  
in proœmium operis de censibus , vers. ex quo  
non placet .

61 Secundo , quia pensio quæ soluitur in em-  
phyteusi, non datur pro pretio, neque pro mer-  
cede, sed solum in directi dominij recognitio-  
nem , post alijs Valasc. supra, quæst. 1. num.  
15. & quæst. 11. numer. 19. Planè siue in uno  
numero , uno , vel gallina siue in notabili quan-  
titate , recognitio contingat ; non dicetur  
læsio contigisse circa dominij recognitio-  
nem . Igitur in his terminis non est dabilis  
casus in quo læsio ultra dimidiā considerari  
possit .

62 At licet hæc probabilita videantur, nihil  
minus à prima sententia in actu præctico non  
recedas : quid autem dicendum sit in censu ,  
vide Auendatum de censibus , cap. 36. & ca-  
pit. 91. per totum, Felic. eod tract. tom. 1 lib. 1.  
cap. 9. ex num. 12.

64 Amplia quarto principalem resolutionem  
procedere in re vendita à procuratore , quia  
iuri resolutio, de quo supra, adhuc locus aper-  
ritur . Probatur hæc resolutio ex his , quæ Pa-  
normitanus in d. cap. cum causa , vbi Burgen sis  
num. 25. dicit hanc esse communem opinio-  
nem Matiersus d. glossa 8. num. 14. Pinel d. l. 2.  
part. 2. cap. 1. numer. 15. vbi Padilla numer. 66.  
Ratio huius ampliationis sumitur à Iurecon-  
sulto in l. cum mandato 24. ad fin. ff. de minori-  
bus (ibj) Imputari debet domino qui tali com-  
misit negotia ) & licet contrarium defendant  
Paulus in d. l. 2. nam. 5. ex Bart. in l. societa-  
tem, s. arbitrorum, num. 35. ff. profocio. & cum

eis Burgen sis d. cap. cum dilecti , num. 44. ab  
63 ampliatione non recedas . Alias vero, si vide-  
re desideras plures , prosequere cum supra ci-  
tatis . Nunc vero ad limitationem transitum  
facere licebit .

Limita primo resolutionem principalem  
tunc procedere, cū debitor communis rei ven-  
ditæ primus esset emptor : secus si ab alio ter-  
tio rem habuit ; quia tunc credores à re re-  
66 stituenda deobligati manent: nam actio quæ  
descendit ex contractu emptionis , & vendi-  
tionis , personalis est , quæ contra tertium rei  
possessorem non conceditur, iuxta text. in l. fin.  
§. fin de contrabenda empr. Quæ sententia  
Probari videtur ex glossa in d. l. 2. cuius opinio  
recepta est ex Bart. ibidem num. 31. Bald. nu. 16  
Saliceto quæst. 12. Paul. nu. 13. senuuntur ibid.  
Pinel. 2. part. cap. 1. n. 30. Couar. lib. 2. var. cap. 3.  
num. 10. Cost. in l. Gallus, §. & quid si tan-  
tum in 2. p. ir. num. 64. Matiens. dicta glossa 8.  
num. 24. communem testatur Padilla in dicta  
l. 2. num. 39. Brito 2. parte rubricæ de locato, §. 2.  
num. 23.

Quod tamen declarabis, si tertius possessor,  
& sic communis debitor, emit rem iusto pretio,  
& ignorabat vitium, quo res vendita laborabat:  
67 secus si illam emisset, eodem lesionis vitio la-  
borantem, tenet Bald. in d. l. 2. num. 16. Salicetus  
num. 18. Tiraquel. qui de communi te-  
statut in l. si unquam, verbo reuertatur, C. re-  
uocandis donet. num. 171. Padilla in d. l. 2. nu.  
39. Matiensiss d. glossa 8. num. 24. Couar. vbi  
supra numer. 10. Brito num. 23. Quod adhuc  
68 subintelligas oportet , si primus emptor non  
sit soluendo , vel non possit à venditore con-  
ueniri: nam hoc remedium in tertium posses-  
sorem subsidiarium est , & descendit ex equita-  
te, vt per Bald. Couar. Padilla. Cost. Matiens. &  
alios locis citatis , quibus adde Zeuall. supra  
q. 443 num. 6.

69 Declara secundo dictam primam limitatio-  
nem non procedere quando iste tertius, & sic  
debitor, habuit rem titulo lucrativo , vel alias  
iniusto , vt per Bald. Salicet. Tiraquel. Padill.  
Brit. Mat. Couar. Zeualllos dictis locis . Pinel.  
in d. l. 2. d. cap. 1. num. 35. vbi hanc declaratio-  
nem tunc admitit, quando primus emptor nō  
sit soluendo , Noguerol. allegat. 1. num. 61. ex  
quo infert quod tunc successori maioratus da-  
tur actio hypothecaria aduersus bona posses-  
soris pro dñnis datis in rebus maioratus ,  
quando res apud tertium reperitur ; vel si per  
empta proponatur, pretium habuit ex titulo lu-  
crativo per gloss. in l. si mater , C. reiuendicat. de  
quo vide Rotam per Farin. decis. 681. par. 1. n. 7.  
Glycerium lib. 1. var. cap. 2. numer. 104. Bart.  
Bald. Ias. & alios in l. sicut serum, ff. de re-  
bus creditis .

70 Declara tertio dictam primam limitationem  
non procedere , quando tertius & sic debitor ,  
licet habuit rem titulo oneroso , & iusto pretio,  
sciuerat tamen rem venditam fuisse auctori suo  
cum lesionē ultra dimidiā: nam si primus em-  
ptor non sit soluendo, adhuc conueniri pote-  
rit; nec credores sese à venditore defendere  
vale-

# Regula Prima Ampliatio quinta

111

valebunt, argumento, tex. in l. in cause 1. z. vlt. & lege sequenti, ff. de minoribus, Couar. d. cap. 3. num. 10. vers. tertia conclusio. Matiens. nu. 24. vers. 8. tamen, Tiraquell. lib. 1. retractus, § 12. glossa 5. num. 1. Padilla in d. l. 2. num. 20. Brito, § 2. num. 23.

71 Limita secundo principalem ampliationem non procedere in eo emptore qui sciuit verum rei valorem; tunc enim maiorem valorem remisso presumitur, & ideo venditori creditores inquietare non licebit: Barz. in d. l. 2. col. penultima, vbi Bald. col. 5. Salicet. col. 4. Paul. col. 2. Fabianus in tractatu de empt. & vendit. quest. 8. num. 19. & 20. Tiraquell. vbi proxime glossa 18. s. num. 14. Couar. lib. 2. var. cap. 4. nu. 2. Boerius decis. 142. num. 3. communem dicit pluribus citatis Pinel. in d. l. 2. part. 1. capit. 2. num. 10. Azeued. in l. 3. tit. 11. lib. 5. recopilat. Matiens. d. glossa 8. num. 36. Alexand. Trentacing. d. resolut. 3. num. 9. quod extendes procedere in rebus venditis ab architectis, & similibus officialibus, vt in d. l. 3. vbi Azeued. & Matiens. glos. 1.

72 Limita tertio, si vendens expresse donauit eam quantitatem, quæ iusti pretij dimidiam excedit: declarando tamen quod clausula donationis sic aperte est concipienda, vt expresse donetur id quod excedit ultra dimidiam, tunc enim creditores in re sic vendita securi illam tueri poterunt, explicat Bart. in d. l. si quis cum aliter, vbi sequuntur omnes, ff. de verborum. Tiraquell. dicta glossa 18. numer. 11. Couaruias dicto cap. 4. numer. 6. Matiensus glossa 8. num. 44. Trentacing. dicta resolut. 3. num. 10.

73 Limita quarto in re quam testator iubet vedi certo designato pretio, quia tunc emptor, siue creditor, in sua hypotheca securus erit, Ias. & Roman. in d. l. si quis cum aliter, nu. 5. & ibi Alexander num. 20. Bald. & Imola in l. Imperator, §. si centum per text. ibi, ff. de legat. 2. Tiraquell. lib. 2. retractus in fine, nu. 5. Padilla in d. l. 2. num. 64. Matiensus d. glossa 18. num. 38. Pinel. supra 1. part. cap. 1. numer. 19. nouissimè Hermosilla in additionibus ad Gregorium in d. l. 56. glossa 4. nam. 114. vbi num. 116. hoc ampliat respectu hæredis emptoris, qui licet læsionem interuenisse dicat ultra dimidiā in re accepta pro pretio à testatore taxato, non est audiendus, cum emptor & venditor non debeant ad imparia iudicari, allegat Franchis decis. 25.

74 Limita quinto in re habita titulo venditionis, quæ iuramenti religione fuerit munita, quia causa creditorum hoc munimine tuenda erit, tradunt Pinel. in d. l. 2. part. 3. cap. 1. nu. 6. qui post Bart. Bald. Salicet. Cremens. Gagnol. & alios hanc sequitur, & communem dicit. Couar. in cap. quamvis pactum 3. part. § 4. num. 8. Padilla in d. l. 2. num. 30. Matiens. d. glossa 8. nu. 47. Molina lib. 2. de primogenijs cap. 3. num. 20 & licet ab hac sententia recesserint plures, quos refert Pinellus d. loco, & sequitur Gregor. Lopez in d. l. 56. verbo maguer. tu tamen causam creditorum intrepidè defende, si venditor maior

sit: si vero minorem vendidisse proponatur, contrarium decidas oportet, Pinellus, licet dubius, in ioco supra citato num. 7. Gregor. Lopez vbi proximè, Couar. d. s. 4. num. 5. Molina num. 21. Padilla num. 34. Matiensus d. glossa num. 49.

75 Limita sexto non procedere, si venditor huic remedio læsionis ultra dimidiā renunciaerit, quia adhuc creditotum hypotheca tueri debet. probatur ex l. queritar, §. si venditor, ff. adilitio editio, post Bald. in d. l. 2. Paulum Castrensem ibidem vers. quarta conclusio, Bart. in d. l. si quis cum aliter ad finem, & ibi Iason. tenet Guttier. praet. lib. 1. quest. 140. in fine, & de iurament. confirmatio 1. part. cap. 26. num. 2. Padilla in d. l. 2. numer. 42. vbi Pinellus 3. part. cap. 1. nu. 2. Pereira de Castro decis. 62. num. 2. Molina d. cap. 3. nu. 19. Couar. qui hanc communem profitetur, lib. 2. var. cap. 4. num. 1. Hanc autem resolutionem communiter receptam tunc procedere affirmat Calcaneus conf. 25. num. 27. quando renunciatio fiat ex intervallo: secus si in eodem instrumento. sequitur Matiens. dicta glossa 8. nu. 48. Zeualllos q. 511. 76. n. 3. Tu vero, retenta communi de qua supra, illâ tunc limitabis, quando renunciatio fuerit facta à minore, rustico, aut feminina, vt per Gut. locis supra citat.

Limita denique non habere lecum, si quadriennium à die venditionis fuerit elapsum, quia tunc creditores causam suæ hypothecæ defendere poterunt; quod probatur ex d. l. 1. lib. 5. recop. tit. 11. de quo vide Gut. d. q. 134. Gom. tom. 2. var. cap. 2. num. 12. Matiens. in d. l. 1. glossa 10. Zeuall. d. q. 535. num. 15. quod intelliges procedere, siue hoc remedium proponatur per viam actionis, siue per viam exceptionis, quia utrobique prædictum remedium quadriennio elapsō in iudicium deduci non potest; nam exceptio in hac specie non nititur proprijs viribus, sed virtute actionis competit: vnde non mirum si sublata actione per lapsū quadriennij, tollatur etiam exceptio, argumento tex. in l. vlt. ff. rem ratam haberet, Matiens. dicta glossa 10. num. 8. Guttier. quest. 143. num. 2.

Tandem iuxta supra resoluta aduertere oportet, quod quemadmodum contractus emptionis, & venditionis ex læsione ultra dimidiā rescinditur, & res libera ab hypothecis venditori restituitur; sic etiam & res per metum venditæ, quæ in bonis communis debitoris inueniuntur, non obstantibus hypothecis super ipsis constitutis, metum passo per creditores restitui debent: nam rei venditæ contractus per metum rescinditur, vt expresse probatur ex l. 56. in princip. titul. 5. part. 5. quemadmodum regulariter, omnem & quemcunque contractum, actione quod metus causa rescindi, & rem ex eo contractu habitam reiudicari posse, aperte probatur in l. si mulier, §. si metus el. 1. ff. quod metus causa, & in l. si metus causa, ff. de acquirenda hæreditate, docet Gom. tom. 3. variar. cap. 4. num. unico. Barbosa 4. part. rubrice, ff. solut. matrim. num. 28. Gregor. Lopez in d. l. 56. verbo

verbo desfecho. Padilla in l. interpositas, nu. 4. C. de transactionibus. & in nostra specie creditorum resoluit Sanchez de matrim. lib. 4. disput. 8. num. 4. vbi num. 12. dicit, quod etiam si quis qui metum intulit, & rem accepit, anteriores credores haberet, in illa re per metum, acquisita, prælationem eis non esse concedendam, ex regula nostra, hoc est, quia resoluto iure creditoris resoluitur ius acceptoris per tex. in l. si ex duobus, 6. s. sed & Marcellus, ff. de lindiam addictione. ac subinde, quod cum actione quo metus causa resoluatur ius accipientis per metum, & in integrum restitutio illius rei § 80 concedatur metum passo, resolui ius creditorum.

Quod intelliges procedere, sine is in cuius favorem celebrata fuerit venditio, metum intulerit, siue alius, qui a res illa metu acquisita, transit illo vitio affecta in quemcunque tertium illius possessorem, vt probatur ex l. si cum exceptione 14. §. in hac actione ff. quod metus causa. (illic) In hac actione non queritur utrum quis qui conuenitur, aut alius metum fecerit: sufficit enim hac docere, metum esse sibi illatum, & ex hac re eum qui conuenitur, et si criminis carret lucrum sensisse) vbi glossa verbo lucrum, ait, idem esse si ex causa non lucrativa. idem habetur in d.l. si cum exceptione, §. Pedius, gloss. in cap. 2. de his quæ vi, in verbo, coactus, & ibi Hostiens. Sanchez in loco proxime allegat. eo num: 7.

Intellige secundo, ad rescindendum huiusmodi contractum, & alios quoscunque, quemlibet metum non sufficere, sed talem esse debere, qui cadat in constantem virum, l. metus la. 1. ff. quod metus causa. (illic) Metum accipiendum Labeo dicit non quemlibet timorem, sed maioris mali) l. nec timorem, s. proinde, ff. eodem tit. (illic) Si quis meticulosus rem illum frustra metuerit, per hoc edictum non restituitur) de quo videndi sunt Seraphin. de priuilegio iuram. priuileg. 110. num. 12. Couar. de sponsalibus part. 2. cap. 3. §. 4. nu. 2. Guttier, cons. 16. num. 2. Sanchez supra disputat. 1. ex num. 1.

§ 2. Ad sciendum autem, an metus, qui incutitur, talis sit, qui cadat in constantem virum, ac per consequens, utrum hypotheca constituta in re, quæ vendicari intenditur, extinguiri debeat, perpendet iudex qualitatem personæ incidentis metum, & metum passi, & modum quo fuit incussus: quoad personam metum inferentem, perpendet potentiam, an sit pater, patronus, vel alius superior. l. penultima, ff. de furtis: an sit crudelis erga non obtemperantes suis mandatis, an solitus exequi minas, argum. text. in l. nouissime, quod falso tutore auctor. Boerius decis. 10. nu. 12. & 19. Sotus de iusti. &

jur. in quarto, dist. 29. q. 1. art. 3. Fagund. de iust. lib. 1. cap. 3. num. 10. Pater Sanchez d. lib. 8. disp. 6 nu. 21. Mascard. de probat. conclus. 1055. nu. 19. Gama decis. 250. nu. 4.

Ex parte eius, cui metus incutitur, estimabit, an sit femina, minor, senex, infirmus, filius, vel alius subditus: in quibus minor metus sufficit, argumento l. 1. ff. de minoribus, l. 2. C. ad Velleianum, glossa in cap. cum locum, de sponsalibus. Couar. de sponsalibus cap. 3. §. 4. nu. 9. Molina lib. 2. de primog. cap. 3. num. 10. Boerius supra nu. 2. Nauar. in Manuati cap. 22. nu. 52. Fagundez d. loco num. 10. cum seqq. quod etiam vir constans timere deberet; puta si quis veniret cum armis, vt in l. metum, 9. ff. quod metus causa. Item si incutiat vulnera, minas, & importunas preces, que in potentioribus aliquando sufficiunt, argumento text. in d. l. nouissime, praesertim si cum eis concurrat metus reverentialis, Afflictis decis. 69. num. 4. & 5. Melchior Phœbus decis. Lusitan. 25 part. 1. nu. 6. Sanchez d. loco nu. 8. D. Castillo controveneriarum lib. 3. cap. 1. & fere per totum. Peralta in l. si qui in princ. nu. 99. ff. legat. 3. Fagundez d. lib. 1. cap. 5. num. 2. 4.

§ 3. Intellige tertio, quod etiam si creditores precipitè rem restituere cogantur iuxta supra resoluta, in quo discriminantur laetus per dolum, ultra dimidiam, & metum passus: nihilominus tamen pretium rei sic venditæ per metum, eis restitui debet; nam licet alias pretium scelere, & contra prohibitionem legis acquisitum, amittatur, l. quemadmodum, C. agricolis, & censitis, lib. 1. & in l. fin. C. de fundis rei privatae, iuncta lege fin. C. litigiosis, l. aufertur 46. §. 2. de iure fisci. Valasc. consult. 83. num. 13. Gregor. Lopez in l. 19 tit. 5. part. 5. verbo tornalle. Barbosa in l. 1. C. præscrip. 30. vel 40. annorum num. 95. nihilominus tamen in re habita per metum aliter se res habet, vt probatur in l. 3. C. de his quæ vi, & in l. 1. C. rescindenda veat. quibus iuribus probatur, facta venditione per metum, pretium non amitti: nam (vt alibi dixi) prædicta venditio rescinditur per remedium restitutionis in integrum, quæ omnia reponit in pristinum statum, l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minoribus. tum etiam quia ea quæ sunt per metum, non prohibentur per legem à principio, sed tantum rata non habentur, l. 1. ff. quod metus causa, tenet expresse. Barbosa in d. l. 1. C. de præscriptione 30. vel 40. annorum, num. 19. vbi subdit, quod ideo in venditione propter metum non amittitur pretium, quia lex non resistit initio actus, sed effici. Vide tamen quæ dicit Castrus decisione Lusitana 30. num. 13. vbi contrarium admittere videtur.

## S U M M A R I A

- 1 Dominium legati à morte testatoris recta via in legatarium transit.
- 2 De iure digestorum, pro legato damnationis actio personalis dumtaxat competebat.
- 3 Eadem actio in legato persinendi modum de iure veteri digestorum inducta erat.
- 4 Pro legato vendicationis de iure antiquo, dominium in legatarium transferebatur.
- 5 Dominium legati in legatariu ipso iure trasfertur sicut à morte testatoris; vere autem ab adita hereditate.
- 6 Pungitur contraria sententia.
- 7 Quemadmodum dominium legati pure relicti ipso iure transfertur in legatarium à die mortis testatoris; sic etiam & dominium fructuum in ipsam legatarium transit.
- 8 Dominus rei legatae pro dominio, & fructibus ipsis, sine extantes sint, siue iam collecti, & in horreis positi, creditoribus hypothecariis in ipsa re preferendus erit.
- 9 Sicut legatum duobus successione relictum, ipso iure, & recta via transit in primum legatarium: sic etiam à primo in secundum absque traditione transfertur.
- 10 Si res legata in bonis primi legatarij, seu apud tertium forte decocum alienata separatur, secundus legarius hypothecis super illa re constitutis tanquam dominus prefertur.
- 11 Licet dominium legati puri in legatarium transfertur, in legato conditionali alter se res habet: quia in legatarium dominium non transit, nisi post impletam conditionem.
- 12 Si ancilla relinquatur libertas sub condicione, filij medio tempore nati servi sunt.
- 13 Si heres rem sub conditione legatam alienauerit, mero iure valet alienatio, sed conditione impleta revocatur, ac si nunquam facta fuisse.
- 14 In ultimis voluntatibus oonditio non retrotrahitur.
- 15 Contrarium obseruatur in contractibus.
- 16 Licet legatum conditionale non retrotrahatur quoad fructus bene trahitur retro quoad rescindendam alienationem.
- 17 Resolutur, quod licet alienatio rei legata pendente conditione, mero iure valeat; ea postea adimpta, ne dum retractatur, sed etiam pro ea rei vindicatio competit.
- 18 Dominium rei legata ad certam diem non transfertur in legatarium antequam dies legati cedat.
- 19 Translatio dominij perlinet ad executionem legati.
- 20 Sicut heres rem legatam sub conditione potest interim alienare, & hypothecare, sic

etiam, & legarius ad certam diem rem sic legatam hypothecare, & distrabere valebit.

- 21 Quemadmodum existente conditione legati conditionalis, revocatur alienatio rei legata; sic etiam revocabitur alienatio legati ad certam diem.
- 22 Paulò ante dicta non procedunt attenta iure nouiori Codicis.
- 23 Inter legatum sub conditione, & legatum ad certam diem, que differentia sit ostenditur.
- 24 Ratio differentia inter unum, & alium legatum, assignatur.
- 25 Licet is qui emit rem legat sub conditione, fructus suos faciat ante adimpletam conditionem, is tamen cui legatum fuerit relatum ad certam diem, fructus antequam dies legati cedat non acquirit.
- 26 Excitatur questio, utrum fructus pendentes legati conditionalis inter legatarium, & heredem pro rata dividendi sint.
- 27 Questio ista ad alteram reducitur, an & quando fructus pendentes in rebus maioratus ad successorem pertineant; vel pro rata sint dividendi inter successorem, & heredes praecessoris.
- 28 Pars quæ faciet successori, ostenditur.
- 29 Contraria sententia pungitur.
- 30 Quando restitutio fit ex necessitate, fructus pro rata dividuntur.
- 31 Omnes fructus pendentes pertinent ad legatarium sub conditione.
- 32 Text. in I. Henennius c. 4. ff. de usuris, pro hac parte ponderatur.
- 33 Ad idem text. in I. defuncta 65. ff. de usufructu.
- 34 Fructus pendentes pars rei censentur, & ideo ad illum pertinere debent, ad quem res ipsa transit.
- 35 Eadem dominij prælatio legatario conditionali concedenda est aduersus creditores hypothecarios pro ipso legato; & pro pensionibus domum.
- 36 Dominium legati optionis ante factam electio nem non transfertur in legatarium.
- 37 Idem resolutur in legato dotis.
- 38 Id ipsum quando unum est in obligatione aliud in solutione.
- 39 Idem quando legatum incertum est, declarandum tamen per heredem.
- 40 In casibus in quibus dominium legati in legatarium non trans fertur causa creditorum aduersus legatarios præualebit.
- 41 An legarius sic repellendus quando heres decexit, & r. s. legata apud illum reperitur triginta annorum spatio; in dubium reuocatur.
- 42 Pars negativa ostenditur.
- 43 Contraria sententia admittitur.
- 44 An creditores pretium rei legatae alienata contra prohibitionem legis repetere possint, remissae.

Causa legati puri, aut conditionalis aduersus creditores, quibus res legata medio tempore per hæredem fuit hypothecata, quando in concursu præualere debeat: Quæ ve ratisit habenda fructuum legati conditionalis, vel ad certam diem, si pendentes sint, vel à solo separati: Et Vtrum quemadmodum dominium legati duobus successione relieti; recta via, et ipso iure, transit in primum legatarium: sic etiam transeat in secundum: Et denique de alijs questionibus, in quibus causa ereditorum aduersus legatarium in concursu præualeat, breuiter inquiritur, sed perfectè absolvitur.

## AMPLIATIO SEXTA.



MPLIATVR sexto regula præfat. de qua supra; ut procedat, & habeat locum in causa legati, si forte hæres, antequam rem legatam restituat, super ea aliquam hypothecam cōstituat: quia resoluta iure hypothecæ in ea contrafacto, legatario in concursu liberè restitui debet. Quæ resolutio ex duobus fundamentis probabilis sit: primò, quia hypotheca in re legata, aut fideicomissa, à iure prohibetur, ut probat text. in l. ultima: S. sed quia, C. communia delegat. quo loco Iureconsultus prædictæ prohibitionis rationem reddit, quia scilicet, Satis absurdum. Et irrationalibile est, rem, quam in bonis suis pure non possidet, eam ad alios posse transferre, vel hypothecæ pignoris ve nomine obligare, vel manumittere, & alienam spem decipere.

Secundo ex eo probatur: nam hypotheca in re aliena constituta, nulla & inefficax est. l. i. S. i. ff. de pignor. l. quæ prædium, C. si aliqua res pignori data sit, Gait. de credito cap. 4. quæsito 7. num. 572. Dominus Ioannes Baptista de Larrea decis 20. num. 9. dominium enim legati recta via in legatarium absque traditione transfertur l. à Titio, ff. de furtis, l. 34. tit 9. partita 6. Bart. in l. in fideicommissariam, ff. ad Trebell. num 7. Feregrinus de fideicommissis art. 49. num. 106. Egidius in l. ex hoc iure part. 2. cap. 12. differentia 5. num. 5. Costa de Scientia, & ignorantia inspect. 94. nu. 5. Giurba decis. 97. num. 6. Macerat. lib. 2. resolut. 44. n. 5.

Cancer. var. lib. 3. cap. 20. num. 19. Cald. de nominat, quest. 16. num. 23. Quod etiam iure antiquo digestorum decisum erat, ut habetur in d. l. à Titio, iuncto text. in l. s. tibi homo 88. S. cum seruus. ff. de legat. 2. & de iure nouiori canonizatum reperitur ex text. in l. 1. C. communia de legatis. vbi ne dum legatario rei vēdicatio fuit concessa, & consequenter dominium, sed etiam hypothecaria, & personalis actio ex testamento, exornant Feregrin. de fideicommiss. art. 45. num. 33. vbi quod sicut pro fideicommisso particulari competit reiudicatio, sic & pro legato, Fusar. de substit. fideicommiss. quest. 61. num. 10. Crassus in S. fideicommissum, quest. 46. num. 5. Dom. Praeses Valenzuela conf. 187. num. 58. Valast. consult. 194. num. 2. Quod indistinctè procedit nedium in legato vendicationis, sed etiam in legato damnationis, pro quo sola actio personalis digestorum tempore competebat: ut in d. l. 1. (illuc) personalem actionem. )

Pro cuius rei perfecta cognitione præfati oportet, quod licet de iure antiquo pro legato vendicationis, actio realis legatario competebat, & ipso iure dominium in ipsum transferebatur, ut constat ex iuribus paulo antem memoratis: pro legato tamen damnationis non aliter dominium transferebatur, quam si realis traditio fieret; atque ita sola actio personalis digestorum tempore competebat, usque ad nouam constitutionem Imperatoris, in d. l. 1, ac subinde hæres rem eo modo legatam poterat alienare, & alienatio valebat, & sola estimatio rei præstabatur legatario, quia ei deficiebat actio realis ad auocandam rem a tertio possessore: Pichardus in S. nostra autem institutis de legatis, num. 6. vbi quod etiam pro legato per sinendi modum, actio personalis dumtaxat competebat. Diversum erat in legato vendicationis, in quo, ut supra diximus, ipso iure dominium in legatarium transferebatur, d. l. à Titio, atque ita hæres non poterat rem sic legatam alienare in præiudicium legatarij, quia iam dominus erat, iuxta regulam text. in l. id quod nostrum, ff. de regulis iur. Menoch. de presumt. lib. 5. presumt. 97. num. 14. Thomas de Thomasset. regula 236. Valase. axiomat. iuris. lit Q. num. 31. Hoc autem (ut modo tetigi) postea emendatum est de iure nouiori, ex text. in d. l. 1. & in l. fin. S. sed quia nostra, eodem tit. vbi indistinctè, & alienatio prohibetur, & ex omnibus legatis in legatarium dominium adeò transfertur, ut nendum eidem reiudicatio competit, dicta l. 1. & docent supra citati, sed per consequens legatarius creditores hypothecarios resolutis hypothecis in concursu vincere debeat.

At hæc resolutio dubia, & anceps videtur, si attendatur, quod licet alienatio, seu hypotheca à iure prohibeatur, d. S. sed quia, & per consequens nulla fit, l. non dubium, C. de legibus. nihilominus tamen ex postfacto à indice ex æquitate sustineri debet, ne scilicet hæres qui alienauit, molestiam patiatur, & teneatur emptio.